

- 111 Appellare non licet hoc casu, si periculum esset in mora & sic causa celeritate desideraretur: tunc enim, ne partes ad arma & contentionem accedant, iudicis officio incumbit componere, ne id fiat.
- 112 Supplicatio locum habet a sententia lata in hoc remedio del interm.
- 113 Sententia interlocutoria del interim durat & sequitur ferat definitiva super possessorio ordinario.
- 114 Quid si fuerit appellatum a sententia lata super possessorio ordinario contrarium, pro quo fuit in hoc iudicio summario pronuntiatum.

CAPVT XXXIV.

De remedio c. reintegranda quaest. 1. coram quo iudice sit proponendum, & an competat contra bona fidei & titulo possidentem, & an in iudicis possessoris appellatio locum habeat?

EXtat Ioannis, vrbis Romae Episcopi, ad Zachariam Archiepiscopum singulare responsum, sic dicens: Reintegranda sunt omnia spoliatis vel eiectionis Episcopis presentialiter ordinatione Pontificum, & in eo loco, vnde abcesserant, funditus renovanda, quacunque condicione temporis aut captivitate aut dolo aut violentia maiorum, & per quascunque iniustas causas res Ecclesiae vel proprias, id est substantias perdidisse noscuntur. Cuius canonis remedio pinguius est pronisum & consultum, & spoliatis, ad suam recuperandam possessionem, vt affirmit omnes in c. saepe, de restit. spoliatis, & in l. rem qua nobis ff. de acquir. possess. & Lanfranc. in rubr. de causa posses. & propriet. col. 3. in 3. conclusione, vbi quod est plenissimum remedium & magis generale & vtilius inter omnia remedia possessoria, & quod conuenit cum omnibus aliis remediis: quod vltimum probauit etiam Alexan. conf. 94. col. fin. vol. 5. n. 22. dicens communiter teneri, Abb. in c. cum ad sedem, col. 10. in princ. de restit. spoliatis. Marant. de ordin. iud. 4. part. in 7. distin. n. 50. fol. 179. Producitque specificum ius agendi & competere vbi que quis iniuste & sine culpa cecidit a possessione sua, vt exemplificat Lopus allegat. 52. n. 7. & est communis sententia Doctorum in praxi obseruata, a qua non est recedendum, secundum Corneum conf. 18. littera A lib. 1. Id quod est apud omnes receptissimum & procedit, siue detinens: contra quem agitur, habeat bonam fidem, siue malam, vt alios allegans testatur Alexan. vbi supra, & in conf. 51. n. 1. volum. 1. Corne. conf. 56. lib. 2. littera Z. vbi dicit communem & conf. 247. littera E. eodem lib. 2. quamuis reuera text. loquatur contra mala fidei & possessorem, vt infra dicemus, non vero contra bonae fidei possessorem secundum Corneum conf. 18. lit. F. lib. 1. Estque eorum nouum remedium, secundum magis communem & receptiorem sententiam, quam refert Menoch. in remed. 15. recuperan. possess. n. 5. & sequent. licet ipse contrarium, vt veriorum, cum Innocent. Bartol. Rip. & Rubeo late probet, & quod pinguius non sit hoc remedium ceteris, nisi quatenus est extensiuum interdicti vnde vi & aliatum constitutionum iuris ciuillis certis in casibus tandem relinquit cogitandum. Eandem contra communem bene fundat D. Sarmient. de redditibus Ecclesiast. 1. parte. c. 4. n. 1. nihilominus, quam praedixi, est receptissima sententia in praxi sine dubio, nempe prouideat de nouo, vbi non erat alias consultum, ad eo quod pinguius & generalius prouideat, quam alia remedia, secundum Corneum conf. 32. littera F. lib. 2. lib. 1. & conf. 56. littera T. & littera V. lib. 2. & conf. 282. littera L. lib. 3. Et haec est magis communis conclusio, secundum Socinum conf. 39. n. 5. vol. 3. Sed vt verius est ceteris

hoc remedium atque nouum, ita abundantius Doctorum vbi que declarant atque interpretantur, praecipue in dict. c. cum ad sedem, & in cap. saepe, de restit. spoliatis, & latissime Soc. in dict. l. rem qua nobis ff. de acquir. possess. & Anton. Gabriel per regul. ampliaciones & saltem. fallent. 5. lib. 5. commun. opin. conclusiones 5. per totam. Et longissimis commentariis, plus quam sexcentis & quadraginta numeris in eius theoria, ac praxi confluens Menoch. remedio 5. recuperand. possess. per totum. * Et nouissime post eum nonnulla adducit Bec. conf. 76. per totum. lib. 1. & conf. 77. eodem libro. * Quate ne videat transcriptor alieni laboris potius, quam inuentor proprii, duobus vel tribus tantum articulis hic examinatis, ab eo me expediā. Primus est: coram quo iudice agi possit hoc remedio? Secundus, An idem detur aduersus titulo & bona fidei possidentem, qui causam habuit a bona fidei possessore? Tertius, An a sententia lata in hoc remedio Canonis, reintegranda, & in ceteris possessoriis, habeat locum appellatio? Circa primum, coram quo iudice agi debeat remedio huius cap. reintegranda, resoluo, & obseruandum esse, regulariter in praesenti specie iudicem competentem esse ordinarium rei conuenti iudicem, cum actor teneatur sequi forum rei, vt in l. iuris ordinem. C. de iurisdictione omni. iudic. & in l. final. C. vbi in rem alt. leg. 3. vers. la 5. tit. 2. part. 3. text. in cap. cum sit generale. & in cap. si quis contra clericum, de foro comper. & in terminis ita tenet Soc. in d. l. rem, qua nobis, n. 11. quem refert & sequitur Menoch. vbi supra n. 204. & Anton. Gabriel vbi supra n. 113. & seq.

Ex quo & inferitur, quod cum hoc remedium d. c. reintegranda, ita laicis pro rebus profanis mobilibus siue immobilibus recuperandis, quam clericis, pro rebus Ecclesiae concedatur, vt tenent Lanfranc. & Alexan. vbi supra, dict. conf. 94. n. 21. vbi quod haec est communis opinio & obseruancia, idem Alexan. conf. 91. n. 3. lib. 5. idem Alexan. conf. 51. in princip. volum. 1. vbi quod est magis communis, & quod in practica seruatur, & est communis conclusio, quod seruatur in practica, vt testatur alios allegans Marant. vbi supra. d. num. 50. & est magis communis sententia, vt testatur Rip. dict. c. saepe. n. 21. de restit. spoliatis, & Soc. in dict. l. rem qua nobis n. 4. & ibi lafon. n. 20. Roland. a Valle conf. 50. n. 3. lib. 2. sequuntur etiam plurimi alij relati a Menoch. vbi supra. n. 13. vbi dicit, esse crebriorem nostrorum sententiam, & quod eam ipse iam sepius seruauit vidit: & n. 20. inquit, se non inficias ire, vix esse quod in praxi ab hac receptiori sententia recedatur, quae in foro quotidiana est: Eandem fatetur magis communem esse Anton. Gomez in l. 45. Taur. n. 192. fol. 210. col. 2. & communem esse testatur, plurimos citans Anton. Gabriel. vbi supra. n. 1. pag. 288. Quamuis contrariam sententiam negatiuam in hoc voluerit gloss. in dict. cap. cum ad sedem, de restit. spoliatis. verb. interdictum, & ibi Videtur tamen, Abb. & alij, quos retulit & sequutus est Ripa. in d. c. saepe. n. 21. & ibi Bellamer. n. 6. & late idem probauit Corneus conf. 18. num. 6. littera F. & conf. 35. n. 31. & conf. 32. n. 30. littera E. la. 2. lib. 1. & conf. 56. n. 20. littera Z. lib. 2. qui alios citat, idem gloss. 247. n. 3. littera E. eodem lib. & late conf. 282. n. 7. littera L. lib. 3. & Alciat. in d. l. rem. qua nobis. num. 6. ff. de acquir. possess. & Anton. Gomez vbi supra, latissime Menochius vbi supra, num. 16. & sequent. & D. Sarmient. de reddit. Eccles. 1. parte. c. 4. n. 11. quorum opinio forte iure communi attento verior est: vt per supradictos: iure tamen Regio magis communis sententia supradicta probata est per l. 50. in princip. tit. 2. part. 3. in illis verbis: Forcado seyendo algun ome de cosa que quisiese despus demandar en iurisdic. en su es cogencia es de fazer esta demanda, a quel que la fallaren, o al otro que la forcó por si, o nado a otro forcado, o a quel

que la recibio, del que sabia que la auia forcado. Ecce igitur legem expressam, praedictum remedium concedentem omnibus spoliatis pro quacunque re generaliter: Nō enim lex loquitur nec requirit, quod spoliatum contingat in rebus Ecclesiasticis: & ita Gregor. Lop. ibid. in gloss. fallent. ex eo verbo notat, & approbati ibidem praefatum magis communem sententiam Anto. in d. cap. cum ad sedem, quae est magis communis, vt etiam in rebus profanis habeat locum remedio d. c. reintegranda. Neque obstat, si replices, in illa lege tantum agi de remedio d. c. saepe, nempe contra possessorem rei, in qua contingit spoliatum scilicet, vt patet ex illis verbis O a quel que la recibio, del que sabia que la auia forcado. Nam respondeo, prius loquutum fuisse legem de quocunque possessore, vt constat ex verbis praedictis dicitur legis, ibi, a aquel que la fallaren, prout loquitur d. cap. reintegranda: quod procedit etiam in ignorante, vt per DD. vbi supra, praecipue Anton. Gomez. Recte igitur lex illa Regia probasse videtur supradictam magis communem sententiam, & sublata est dubitatio, vt aduertit Gregor. Lopez ibid. Si & laicus fuerit spoliator, coram iudice proprio illius conueniendus erit illo remedio: quod si fuerit clericus, coram suo Ecclesiastico, vt ex supradictis patet. Poterit etiam contenti spoliator coram iudice competenti laico, vel Ecclesiastico respectiue, illius territorij atque iurisdictionis, vbi vis per spoliationem illata fuerit, etiam in loco spoliati, si ibidem spoliatum commissum fuerit, etiam si ille iudex non esset alius ordinarius spoliatoris, vt probat gloss. in l. 2. in fin. vbi Bald. C. de interd. Tiraquell. de vtroque retrah. tit. 1. §. 8. gloss. 3. n. 10. Menoch. vbi supra. num. 209. id probant, quoniam ratione rei & ob commissam violentiam, duae actiones possunt moueri, realis & personalis, vt suam vniuersi que iudex teneat iurisdictionem.

6 Dubitari & tamen contingit in casu d. cap. reintegranda, quoties Episcopus vel Ecclesia, suis rebus est spoliatus vel spoliata pro laicis: An coram iudice Ecclesiastico ordinario agi possit pro recuperatione earundem, an vero coram laico spoliatoris iudice agi debeat? Et ex supradictis manifestum videtur coram iudice competente rei experiendum esse. Secundo, & quia sic etiam videmus, quod reus laicus conuenitur rei vendicatione pro re Ecclesiastica, si probabiliter neget esse dictam rem Ecclesiae, iudex secularis ad eundem est: haec est communis opinio secundum Felin. in cap. cum sit generale, ante n. 1. col. 2. & melius in cap. si clericus laicum, per tot. de foro comper.

Nihilominus tamen in praefata nostra specie contraria opinio verior & tenenda est, imo quod fauore Ecclesiae rerumque Ecclesiasticarum, agi possit remedio d. cap. reintegranda, coram iudice Ecclesiastico.

8 Primo, & quoniam et si restitutum in integrum petenda sit coram iudice illius, contra quem petitur, si que eam petens, debeat sequi forum rei, iuxta regulam iuris ordinariam, qua supra retulimus & probat expressis text. in l. 2. C. vbi & apud quem, vbi omnes DD. id notant: quod adeo procedere videtur, vt in loco contractus, etiam si ibi reus inueniatur, conueniri & minime possit ad restitutionem in integrum aduersus ipsum contractum, quia ibidem tantum agi potest, cum tractatur de contractus ipsius exequutione, secus si de rescissione, secundum Guillelm. de Cogn. Bald. & Paulum in d. l. 2. quos in hoc sequitur la. in l. qui certo loco, ff. de condit. & indebit. in quibus, hoc probat, in d. l. 1. placet Dec. in rubr. col. 2. de iudic. sequitur Greg. Lop. in l. 8. tit. 19. p. 6. in gloss. 1. Verum contra hanc ampliationem est text. in l. in contractibus, §. vbi. C. de non numerat. pecun. vbi expressim probatur, posse quempiam in loco contractus apud eius iudicem intra biennium

conueniri, sibi non fuisse pecuniam numeratam, hancque quaerlam deducere, si ibi aduersarius inueniatur, atque ita agere ad ipsius contractus dissolutionem: text. ad hoc in specie notat Alex. in addit. ad Bart. in l. heres absens, §. 1. lit. E. ff. de iudic. Roman. sing. 470. Felin. in cap. fin. n. 24. de iudic. dicens, ex hoc absolutio-nem a iuramento in contractu praestito posse peti coram iudice ipsius loci contractus, si ibi aduersarius inueniatur, vt citeatur: idem Felin. in cap. 1. col. vlt. post Card. ibi, de iur. iurand. (quamuis secundum veriorum & communem sententiam atque in praxi receptam, ad concedendam abolutionem a iuramento ad effectum agendi, non sit necessaria citatio patris aduersariae, vt late deduximus in repetit. auct. Sacramenta puberum, num. 1. 12. C. si aduersus vendit.) Eandem opinionem in terminis contra praedictam ampliationem tenet Bart. in d. l. qui certo loco, num. 2. vbi Paulus sibi contrarius, num. etiam 2. eam dicit esse veram & communem, quamplures allegans probauit Didac. Couar. lib. 1. variat. resolut. cap. 4. n. 1. respondens ex eisdem ad d. l. 2. intelligendum esse eo casu, quo reus non adest in loco contractus: quod si ibi adest, non negat lex illa, posse peti restitutionem coram iudice illius loci atque ita tenendum esse verius existimo, aduersus praefatam ampliationem.

Haec & tamen quamuis ita se habeant, si Ecclesia laedatur in contractu, iure quodam speciali restitutionem in integrum petere poterit, etiam aduersus laicum coram iudice Ecclesiastico & proprio ipsius Ecclesiae, ex doctrina Innoc. in d. cap. cum sit generale, de foro comper. vbi inquit, quod quando Ecclesia aliquo speciali beneficio iuuatur, in ea causa, etiam contra laicum, iudicem Ecclesiasticum adire potest: ad idem est bonus text. in c. 1. de in integrum restit. vbi Abb. n. 18. idem Abb. in cap. constitutus, l. 1. eod. tit. text. ex quo ita colligit idem Abb. in c. penult. de rebus Eccl. non alien. Roman. sing. 112. idem tenens in clerico Abb. n. 10. Felin. col. 3. Mar. Socin. n. 13. in d. cap. cum sit generale, Aufer. in clem. 1. de offic. ordin. & in tract. de presb. Eccles. n. 48. vol. 14. tract. diuersorum Doctorum, qui omnes probant, Ecclesiam posse petere restitutionem in integrum, etiam aduersus laicum, coram iudice ordinario Ecclesiastico: sequitur etiam Marant. de ordin. iudic. 6. p. in vers. secundum actus principales, n. 101. pag. 569. & Bern. Diaz de Luco plures referens in reg. l. 2. in 2. limitr. Didac. Perez in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordin. col. 883. ad fin. vers. item fallit, eamque sequitur Auend. l. p. cap. 4. prator. n. 42. vers. & quia talis: quamuis tunc dicat esse, agere contra habentem titulum, licet inualidum coram iudice seculari: & esse hanc receptam sententiam testatur Didac. Couar. vbi supra, n. 2. & communem proficitur Caldas Lusit. in l. si curatorem habens, verbo: implorandum, n. 32. C. de in integrum restit. quamuis hi duo vltimi auctores insinuent, eam veram non esse atque contrarium velint tenere, cum hic non agatur de violentia illata Ecclesiae, nec eius patrimonio nec de sacrilegio nec de fraude aut dolo ex proposito aduersus Ecclesiam in contractu deducto: quia forsitan ratione contra communem in praesenti specie fuit iudicatum in Regali Cancellaria Vallisoleana in causa huius Ecclesiae Ciuitatis, in qua probata fuit sufficientissime laesio vltra dimidiam in contra alienationis quorundam bonorum immobilium eiusdem Ecclesiae in fauorem laicorum facta, atque contra eam petita in integrum restitutio coram ordinario Ecclesiastico huius Episcopatus, & praeterea allegata nullitas contractus ob defectu tractatum aliarumque solemnitarum, & nihilominus ea ad praed. Cancellaria per modum violentiae delata, decretum Regius Senatus, omnia gesta coram praed. iudice Ecclesiastico esse nulla ac reum

comenidum esse coram iudice, qui de causa posset & deberet cognoscere, ad quem eam remiserunt. Nihilominus a communi prefata sententia non consule- rem recedendum esse in praxi, non solum quando Ec- clesia ipsa latur in bonis suis fabrica, sed etiam in contractu bonorum mensa capitularis, cum illa bona sint etiam Ecclesiastica: & Capitulum Ecclesie Ca- thedralis in iure dicitur Ecclesia, vt in c. Apostolica, §. 6. dist. 1. & ibi notat gloss. text. expressus in c. cum clerici, & ibi gloss. de verb. sign. text. in prag. sanit. Gallican. §. quanta autem, fol. 75. col. 1. in fin. vbi canonici dicuntur Ecclesia, & ibi notat Cosmas Gumier, in gloss. Ecclesia Altamirani in tract. de visitatione, in verbis, patriarch. & primi, n. 17. & 18. fol. 8. Ergo Canonici Ecclesie Cathedralis si lantur in contractu bonorum sua mensa capitularis, poterunt in integrum restitutionem petere aduersus laicum coram iudice Ecclesiastico, iuxta pra- fatam communem sententiam loquentem in Ecclesia, cum a iure Capitulum Ecclesie Cathedralis dicitur & sic Ecclesia, vt est praedictum ac probatum. * Ean- dem communem sententiam late defendit Rodoan, in tract. de rebus Eccles. non alien. in quest. de restit. integ. §. 7. per tot. camque sequitur & probat Sfortia Odd. de restit. in integ. 1. part. quest. 32. art. 15. n. 123. & 125.

In rebus autem patrimonialibus clericorum ex- peditum est, ipsis privilegium Ecclesie concessum mi- nime competere, ac proinde aduersus laicum restitu- tionem in integrum coram iudice seculari petere de- bent, si lantur, non vero coram iudice Ecclesiastico, vt resoluti D. Couar. vbi supra, n. 3. qui id audacter as- serit. * Et sequitur Sfort. Odd. vbi supra, num. 125. * quamvis adhuc hoc casu idem privilegium Ecclesie competens, quod praediximus cum communi ad cleri- cum extendant Rom. & Felin vbi supra, & Marant, & Aufser, etiam vbi supra, sed quod praediximus ex Co- uar. verius est, cum sit iure expeditum, privilegia concessa Ecclesie eaturque rebus, bonis patrimonialibus clericorum non competere, nisi in casibus a iure expressis, vt constat ex adductis per Mench. de success. creat. §. 10. n. 659. & §. 2. n. 42. vbi restat alios alle- gans hanc esse communem resolutionem.

Superior ¶ communis, de qua primum hoc funda- mentum fecimus, comprobatur ex doctrina eiusdem Innoc. quem sequitur Abb. in c. si clericus laicus, in 1. not. & col. 4. de foro comp. vbi tenent, Ecclesiam, vel clericu, cum agunt de rebus suis sine actione reali vel persona- li, posse conuenire laicum coram iudice seculari vel Ec- clesiastico; estq; magis cois opinio, vt plures referens testatur decif. Pedemon. 3. 2. n. 6. qui n. 3. eam probauit.

Secundo, ¶ & praecipue supradicta secunda pars princi- palis in specie d. c. reintegranda, probari videtur, quo- niam spoliator ex occupatione rei Ecclesiasticae sacri- legium commississe dicitur: sed ratione sacilegij laicus conueniri potest coram Ecclesiastico iudice, text. in c. exposita. de arbit. vbi in terminis nostris notat Abb. & quamvis superiora fundamenta no satis altingat, prius siquidem non omnino rutum est, tum praeterea, quia in proposito & specie d. c. reintegranda, non est speciale privilegium clerici sine Ecclesie, quadoquidem & lai- ci spoliati omnibus in casibus, vt clerici restituantur, atq; remedio d. c. reintegranda, vt possunt, iuxta magis communem sententia lege Regia probatam, vt supra ostendimus. Secundum ¶ etia procedere potest secun- dum Socin. in d. l. rem qua nobis, n. 11. quando certu est, commissum esse spolum, non vero si dabitur, nam tunc super illa qualitate tribuente iurisdictione est cog- noscendum, vt declarat Abb. in d. c. si clericus laicum, n. 8. de foro comp. Dec. in c. ceteris, n. 8. de indic. & in c. ad audiendum, n. 4. eod. tit. Menoch. vbi supra, n. 108.

Nihilominus tamen hac secunda opinio principa-

lis, nempe, quod quando clericus spoliatur re seu pos- sessione rei Ecclesiasticae, possit spoliatoris laicum con- uenire coram iudice Ecclesiastico, verior in se est & ten- enda, prout tenet gl. in c. dilectus, quod mer. caus. Calder. in c. sape, de rest. spol. Abb. in d. c. cum sit gener. al. n. 10. & Fel. ibid. col. 2. & Mar. Socin. 14. id. conf. 18. n. 32. vers. tertium remediū. lib. 1. inter. cons. Barth. Soc. quo sequitur D. Couar. vbi sup. d. n. 2. & Menoch. etia vbi sup. n. 205. & Ant. Gabr. vbi sup. n. 103. & 117. & Steph. Aufser, de poest. Eccl. super laicos, vers. 121. n. 5. 4. vol. 14. tract. diuers. D. D. vbi id probat, si ageretur conditione cap. sape, de rest. spol. aut aliis conditionibus iure com- tentibus pro recuperanda possessione.

Non oblat primum fundamentum contrariae par- tis, nepe regula iuris generalis: Quod actor debeat se- qui forum rei, quoniam fallit hoc casu fauore Ecclesie propter violentiam atq; spolum sibi illatum. Non e- tiam secundum, quia Felin non loquitur in nostris ter- minis, sed in rei vocatione ordinaria, & quando probabiliter dubitatur, an sit res Ecclesie: nos vero agimus, quando spolum praecessit & agitur speciali & fauorabili iudicio restitutionis, in quo constat, rem esse Ecclesie, ac de praedicto spolio, quod si de hoc dubitatur, tunc, vt praedixi, super ea qualitate tribuen- te iurisdictionem rei cognoscendum.

Sed ¶ an coram iudice seculari hoc casu agi possit, 16 quado spoliator & spoliatus esset clericus, vel reus tan- tum esset clericus, & contentio de re beneficiaria esset: non leuis inter nostros iuris Interpretes contentio est: Nam est is iudex ordinarius clericis non sit, attamen quia causa possessoris beneficii non dicitur spiritualis, sed temporalis, is videtur iudex coepetens: agitur enim solum, an is agens spoliatus fuerit, necne: vt priori casu restituatur, posterior vero minime: Quare ¶ questio facti, etia de re spirituali, alias a laico definiti potest, vt docuit Bart. in l. quatuor, vbi Ias. n. 6. C. de indic. idem in l. Titia, n. 6. & 7. vbi Alex. ff. sol. matr. Fel. cum si gene- rale, de foro comp. Capic. decif. 7. n. 2. & 4. Alc. in l. omni- nouatione, C. de sacros. Eccl. Aym. Crauet. conf. 253. n. 2. id. communis secundum Couar. in 4. de sponsal. 2. p. c. 8. §. 12. n. 13. & in praet. quest. c. 35. n. 1. vers. 2. concl. Menoch. de rest. spol. remedi. 3. n. 316. & seg. & remedi. 15. de recup. poss. n. 212. Et ¶ quod causa possessoria rei spi- ritualis vel quasi spiritualis, temporalis sit, tenet gloss. in c. liter. a. de iuram. calum. notat Vinc. in c. vlt. de indic. Bald. in c. 1. apud quem vel quos controuersia debeat, dicit gl. & DD. in c. cum dilectus, in verb. iuram. de elect. Card. in Clem. dispensatio, oppof. 3. q. 10. de iur. Secundo ¶ eadem pars coadiuuari potest ex text. in cap. peti- mus, 11. q. 1. & in c. causam qua, in secundo qui filij sine le- git. & in c. vlt. de indic. quibus constat, iudicem secu- larem, etiam inter clericos esse competentem ad cogno- scendum de causa possessionis rei spiritualis. Tertio ¶ facit argumentum a Marth. de Afflic. adductum de- cif. Neap. 24. n. 3. nempe, quod iudicis cuiuslibet secu- laris interitus, ne violentie ¶ & spolia fiant inter cleri- cos & laicos. Hinc videmus, iudicem laicum posse compellere clericum, tamen apud se depositum restituere, vt in l. vlt. §. penult. C. de bonis auct. iud. possid. Ias. in l. si si de iustor. §. penult. n. 6. ff. qui satisdant. cog. Capell. Tolof. q. 167. Menoch. de recuper. poss. remedi. 15. n. 214.

Quarto, quia causa possessionis & proprietatis ni- hil commune habet, naturaliter, §. nihil commune ff. de acquir. possess. Sed causa proprietatis beneficiaria, spiri- tualis est: Ergo causa possessionis rei temporalis tra- ctariq; poterit apud laicum. Ex ¶ quibus fundamentis, 17 quamplures DD. defendere conatur vsum Galliae fo- relem, qui iam diu obtinuit, & Martini V. & Leonis II. literis existat comprobatus, quod iudices seculares cog- noscant etiam inter clericos de possessione cuiuslibet

causae

causae

causae spiritualis, vt sunt Guido Pap. q. 1. & 71. & 85. Francisc. Marc. quast. 190. & quast. 512. vbi restatur cu- riam illam se semper seruasse idem censur. Curia Bur- degal. vt testatur Boet. quast. 69. num. 23. idem probat Guilielm. Benedic. in cap. Rogatus, de testam. verb. & vxor. in 2. decif. n. 331. Aufser. in clement. 2. de of- fic. ordin. reg. 2. fallent. 201. 14. tract. diuers. Dd. fol. 394. & sic seculari Curia Neapol. refer. Matth. de Afflic. decif. 2. n. 10. & 11. vbi Grammat. in addit. idem Afflic. decif. 24. n. 9. Grammat. decif. 78. optime Ioan. Gallus q. 155. scribens, iudicem secularem apud Gallos inhi- bere & prohibere iudicium petitorum, donec fuerit lis finita super possessorio: Huius etiam consuetudinis & priuilegij meminit Carol. de Grassaliis lib. 2. regal. Francia, iur. 5. & Sclua de benef. 1. part. quast. 7. n. 16. vol. 1. vbi tract. diuersor. Dd. fol. 26. vbi idem iure pro- bare nititur: Eandem sententiam probauit Alciar. re- spons. 14. n. 1. qui sic in excellentissimo Mediol. Senatu seruari firmat, & eam veram atque communem Affir- mat. Rip. in rubr. de iudic. n. 90. post gloss. & Abb. in d. cap. literis, n. 7. & 8. de iuram. calum. Et hanc vniuer- sam Gallia seruare testatur Rebuff. in commen. ad con- suetud. sine leges Reg. Francie, in 3. tom. in tit. de causis be- nef. possess. art. 8. gloss. 2. pag. 101. Eandem nouissime ve- ram esse sententiam affirmat. Rol. a Val. conf. 23. col. 1. & 2. lib. 2. & fulissime rem hanc in quolibet possessore disputat Ioan. Ign. in l. necessario, §. non alias 2. part. col. 1. 2. & 3. ff. ad. Scrum Syllan. & hanc obseruatum fuisse in Senatu Pedem. affirmat vidisse Menoch. d. re- medi. 15. de recup. poss. n. 211. vbi n. 123. eam receptio- rem vocat: eandem opinionem in possessorio recupe- randae & retinendae probauit Aug. Bero. in rub. de iudic. n. 51. Eandem sequitur plures referens, veram & communem appellans ex Rip. vbi sup. Ant. Gabr. vbi sup. n. 115. & eam late iure probat plures allegans Aym. Crauet. consil. 258. statim in princ. & n. 1. & 199.

Contrariam tamen sententiam, itno quod in spe- cie praemissa, de qua agimus, iudex secularis nullo mo- do possit cognoscere de causa possessionis beneficiario Ecclesiastico inter clericos: in quo reus tantu clericus esset, quia de no iure laici turbati constat, eam laicus non possit possidere, vel quasi, res Ec- clesiae, vt est clari iuris in nullo interdictionum adipe- scenda, retinenda aut recuperanda possessionis, verior est & abique dubio tenenda in iudicando & consulendo. Primo, quia cum a quo in proposito debeat sequi forum rei, vt in principio diximus, ad iudicem Ec- clesiasticum erit causa deferenda, iuxta communes vtriusque iuris traditiones, licet causa possessoria ni- hil haberet admixtum proprietatis, ¶ nec esset in ea quid spirituale, immo tota esset omnino temporalis: nec valet consuetudo in ceterarium, vt clericus nempe pos- sit coram iudice laico conueniri, vt censur. Rota anti- qua 840. qua est in tit. de consuet. decif. 10. in antiquis, cuius meminit Naar. in c. cum conuigat, pag. 154. & Couar. in praet. quast. c. 31. n. 5. & c. 35. n. 1. & inquit sin- gulariter Socin. alios referens in c. sane, n. 9. versio nona declaratio, de foro comper. non solum inspiciendum esse locum rei sitae, verum etiam ipsius rei conueniendi qualitatem: & ideo si conueniendus ratione rei sitae est clericus, conueniri coram Ecclesiastico in loco rei sitae: si vero laicus, coram laico, atque ita mutatur lo- cus non qualitas personae, & attenditur res in loco si- ta, tanquam accessorium ad qualitatem personae: sequitur Menoch. de retinen. poss. remedi. 3. n. 326. 351.

24. ¶ seg. Secundo ¶ quia causa possessoria in beneficiis Ecclesiasticis beneficiatis dicitur, ac proinde ad forum Ecclesiasticum pertinet, vt in clement. 2. de causa possess. & propriet. & in clement. vnic. de sequestrat. possess. & 25. snul. Causa ¶ enim Ecclesiastica de rebus spirituali-

causae

bus, vel quasi, spiritualibus censetur, ac proinde tra- ctanda & examinanda sent. apud iudices Ecclesiasti- cos, non vero apud seculares: vt in cap. 2. de iudic. per quod ita tenet D. Cou. in praet. q. c. 35. n. 1. vers. verum si diligenter. Tertio eadem sententia probatur; Nam est causa ipsa possessio continet temporalitatem, ita vt a laicis tractari possit, iuxta Bart. sententiam & com- munit in d. l. quatuor, C. de iudic. & in d. l. Titia, cum ca- teris supra allegatis, ratione tamen personarum, in qui- bus non potest laicus quouis modo suo dicere, vt in authent. statimur, C. de Episcop. & cleric. & in cap. 2. de iudic. secularis iudex cause competens esse non potest: Quomodo enim poterit clericum spoliatorem citare & cognoscere, vt restituit, quod fuit illi?

Quarto, quoniam plerique ex tenentibus priorem sententiam, quam receptiorem appellant, non eam ex iuris communis dispositione affirmare audent esse ve- ram, sed quod Summorum Pontificum supra relato- rum indultis id coactum sit Regno Francie: Ergo in contrarium est ius commune, quia frustra concessa forent, si iure communi hoc laicis iudicibus liceret, vt nouissime aduertit Roland. a Valle d. conf. 23. n. 11. lib. 2. Vbi ergo huiusmodi priuilegium non fuerit, prout in Hispania credo non esse, quia huiusmodi causae mini- me tractantur coram iudicibus secularibus, sed tan- tum coram Ecclesiasticis, eo excepto, quod per modu violentiae causae omnes Ecclesiasticae ad Regia tribu- nalia deferuntur, vbi quando ea sit a iudicibus Eccl. hasticis, a Regia Curia avertuntur, ius commune erit ser- uandum vbi laici minime de his cognoscant. Fit igitur ex supra dictis, forent vsum ceterarium Galliae non iure procedere, sed potius ex priuilegio & consuetudine.

Quinto & vltimo ¶ hac eadem pars probatur quo- niam, vt plurimum causa hac possessoria beneficialis habet admixtam proprietatis rationem, quo casu pro- culdubio secularis de ea cognoscere non potest, sed omnino Ecclesiasticus iudex, cum non sit iudicium temporale absolute, sed habeat admixtam cognitio- nem iuris spiritualis, argum. ex c. in cap. suam, de ordin. cogne. cap. causam qua, in 2. qui filij sine legit. atque ita in hac specie hanc partem probat abique dubio Abb. in d. cap. literas, de iuram. calum. & illic. Ant. de Butt. & alij, & Bero. in d. rubr. de iudic. n. 51. quos referet & se- quitur Cou. vbi sup. in c. conch. inferens de eo, licet cum non posse secundum iuris rigorem cognoscere de cau- sa possessoria beneficii Ecclesiastici, cum ad iustificand. possessionem in hoc casu sit necessaria probatio alicuius tituli apparetis, nec aliter possit possessio ob- tineri, etia quoad interdita poss. soria, vt ibi probat.

Et in terminis, de quibus agimus, hanc secundam partem veriorum de iure tenent, probant atque de- fendunt Anton. de Butt. in cap. vlt. de iudic. Lign. & alij nonnulli in clement. dispensatio, de iudic. In qua senten- tia vere fuit Guid. Pap. conf. 149. eam sequuti sunt Be- ro. vbi sup. n. 55. & Aym. Crauet. consil. 258. num. 8. Bel- lamet. consil. 40. col. 16. versio. nec valet, & latissime & optime D. Cou. d. c. 35. n. 1. in 1. conclus. versio. quam- obrem, & in 2. conclus. in versio. verum si diligenter, & Roland. a Valle consil. 23. n. 17. lib. 2. & Menoch. de re- cup. poss. remedi. 15. n. 218. in versio. contrariam, & num. seg. praecipue n. 223. & 234. idem de adispicend. poss. remedi. 4. n. 476. & seg. idem loquens tam in re- medio recuperandae, quam retinendae, de recuperand. poss. remedi. 3. n. 349. & seg. qui n. 346. & seg. & d. re- medi. 15. n. 234. idem probauerat, cum laicus turbatur a clerico in quasi possessione illa rei Ecclesiasticae: quod & nuncupatim probauit Couar. vbi supra in 2. consil. n. 1. in versio. verum si diligenter, & c. qui in 1. concl. lo- quitur in omnibus remediis possessoris adispicendae, retinendae & recuperandae.

Et retenta hac secunda opinione, quae sane verior est, vt praediximus, non obstant adducta pro priori parte: & non quidem Bart. doctrina communiter approbata in d. l. quoriet, de iudic. & in d. l. Titia, ff. solut. matrim. tum quia ipsa non est sine dubio, vt constat ex locis Cou. quae pro ipsius approbatione supra adduximus: tum etiam quoniam ibi, praeterquam quod causa possessionis facti tantum est, reus & etiam actor sunt laici, vt in causa matrimoniali, vlturaria & similibus à Bart. signatis, ac proinde non idem esse recte infertur, vbi vterque clericus sit, vel reus tantum, vt in nostra questione, gl. praeterea in d. cap. literas, de ioram. calum. non obstat, quia communiter reprobatur, vt asserat Anfr. in d. decis. capel. Tolos. 470. & Cou. d. n. 1. in 2. conclus. fuerit, non obicit, vbi quod praeterea priuata, non publicam auctoritatem habet glossa illa.

27 Ad 2. secundum respondeo, nempe ad e. perimus, 11. q. 1. iudicium ibi saeculare potius esse in auxilium temporalis, quam ad cognitionem principalem causae Ecclesiasticae, vt aduertit Menoch. d. remed. 15. n. 213. Nec obstat d. cap. causam quo, el. 2. qui filij sui legiti. quia ibi nulla causa spiritualis, nec ratione rei, nec personarum, nec iuris, nec facti erat apud Regem illum Angliae, sed solum mera temporalis controuersia, cum de bonorum successione contentio esset, vt recte aduertit Cou. vbi sup. n. 1. vers. 2. secunda conclusio. ibi. ff. & in d. cap. causam, & Menoch. remed. 15. n. 212. Non etiam

28 2. obest text. in d. c. vbi iudic. quia illic agitur de officio & dignitate saeculari & electione ad eandem constituenda, vt in ibi gloss. & Doctores communiter admovent secundum Bero in rubric. de iudic. n. 61. & Couar. vbi sup. proxime, & Menoch. d. remed. 15. n. 216. Tertium non obest, quoniam Marth. de Afflict. vbi supra qui eo argumento vsus est in proposito, non tam vititur dispositione iuris communis, quam capitulis illius Regni, vt ex eo patet. Ad primum respondeo, retorquendo fundamentum. Causa possessionis & causa proprietatis, vt duo comexa, apud eundem iudicem tractari debent, ne contentia causa diuidatur, vt in c. 1. de caus. posses. & propriet. in l. nulli, C. de iud. At causa proprietatis non potest in proposito tractari apud laicum, sed apud Ecclesiasticum agenda est secundum omnes: Ergo & causa possessionis.

30 2. quod dicitur, causam proprietatis & possessionis nihil commune habere, procedit quoad acquisitionem & inquisitionem, non quoad cognitionem, secundum Deo. in d. rub. de iudic. n. 58. in vers. non obstat: quod comprobatur & confirmatur defendens ab impugnatione Igneci, Menoch. vbi sup. d. remed. 15. n. 218. Ex supradictis igitur manifeste constat, priorem atque receptissimam sententiam nullo solido fulturi fundamento, nec veram esse, sed potius contrariam, quam praediximus atque probauimus. Superest igitur vt videamus, An cautela Mariani de ordin. iud. 4. par. 7. distinct. in fin. n. 54. ad hoc, vt hoc casu agi possit coram iudice laico contra clericum spoliatoris sit valida necne? Is enim in loco praecitato inquit, quod in eo Regno per tria capita eiusdem est nouiter inducitur, quod quando clericus vel alia Ecclesiastica persona spoliaret aliquem laicum sua possessione, potest ille laicus adire iudicem saeculare & implorare officium suum super eius defensione, qui iudex faciet citationem per editum, vt quicumque, sua poterit interesse, compareat infra talem terminum, vlturiam iuramentum & allegaturus, quicquid velit, quare ille spoliatus non debeat restitui & sic capiet informationem de iuribus spoliati, per quamdam viam extra iudicalem & summariam, & sic coperebit qualiter fuit indubite spoliatus, restituet eum in suam praesentem possessionem, nec potest dici, quod clericus citatur coram iudice saeculari, quia 2. quando citatur, si sua putauerit interesse,

si compareat, dicitur comparere vt actor, non vt reus, & sic sua comparatio est voluntaria, non necessaria, iuxta doctrinam Bald. n. 4. & 5. Alex. in fin. Paul. Castr. n. 7. in fin. & reliquorum in l. testamenta omnia, C. de testam. quos sequuntur afflicti. decis. Neapol. 24. n. 7. in fin. Dec. cons. 187. n. 3. vers. non obstat quod citatio, Neauz. cons. 20. n. 19. Rol. a Val. cons. 29. n. 9. & 12. lib. 2. vbi loquentes in infirmatione & publicatione testamenti, idem tenent, quando pars ad eam faciendam citanda, est clericus: quod si praedicta doctrina Bald. & caeterorum est vera, consequitur, vt idem dicendum sit in proposito, conclusus etiam dictis capitibus Regni Neapolitani, cum praefati Doctores praesupponant, dictam citationem generalem praedicto modo conceptam sufficientem esse atque validam clerico reo non comparente: quod si ipse compareat, teneri tanquam actorem de suo iure docere coram iudice saeculari tanquam actorem de suo iure docere coram iudice saeculari praesentem causam per citationem. Nihilominus 2. tamen praecedens cautela & leuis est & eludi facile potest. Primo, quoniam is clericus per editum citatus non cogitur comparere, vt in his terminis declarat Marth. de Afflict. decis. n. 2. 9. dicens, quod si cogatur clericus comparere & citatio & iudicium esset nullum. Quare parum prodesset poterit cautela in hoc spoliato, si spoliator diligens sit & callidus non compareat, nec enim omnes sententiae comparere, vt in l. si eo tempore, C. de distract. pignori. Marian. Soc. Senior in tract. citat. ar. 22. in fin.

34 Secundo, quia quando citatur, quis possideat, is vt certa persona nominatim citandus est, non per editum & proclama. l. 1. §. penult. ff. de ven. in sp. Bart. in extrauag. ad reprimendum, verb. per editum, in fin. Alexand. consil. 107. n. 1. lib. 5. Felin. in c. 2. n. 8. de consue. lal. consil. 86. n. 12. l. 3. Paris. consil. 31. n. 29. lib. 4. estque recepta sententia & ab omnibus approbata, vt plures referes resoluti Menoch. de recuperand. posses. remed. 8. n. 102. Quod 2. praemaxime procedit in proposito, vbi

35 agit de transferenda possessione de vno in alterum, tunc enim non sufficit generalis citatio, sed nominatim possessor citandus est, qui si ignorentur, vt debet diligentia non leui actor, vt cognoscatur, quisnam is possessor sit, vt cum citari eueritit Anchoran in cap. vlt. de elect. per text. ibi, Alexand. consil. 5. n. 1. & 2. lib. 2. late Crauet. consil. 22. §. n. 1. & 5. vbi plures alios allegat: citantque omnes in hanc sententiam l. m. m. in fin. C. vnde vi. Menoch. de recuper. posses. remed. 8. n. 102. Quare 2. eleganter respondet Ruin. consil. 62. n. 20. in fin. lib. 5. quoniam refert & sequitur Menoch. de remed. 5. n. 230. citationem hanc per editum praesumptam scientiam inducere, quae non sufficit, quando veranotitia exigitur: Ergo praedicta citatio per editum nullius erit momenti contra clericum possessorem, qui suo iure per solam citationem per editum priuari non poterit, sed nominatim citandus erit, secundum Abb. in cap. fin. de vita & honest. cleric. Marth. sing. 2. §. generalis. & Menoch. vbi sup.

36 Tertio, contra supradictam cautelam facit, quia si clericus huiusmodi sic citatus per editum, compareat & se possidere alleget, poterit etiam fori privilegium in iudicium deducere iurisdictionemque iudicis saecularis declinare & remissionem ad suum iudicem petere, eritque ea concedenda, vt egregie in his terminis citationis tradit Caput. decis. Neapol. 8. n. 3. post Anchoran. in cap. ea quae. 17. de reg. iur. sequitur Menoch. vbi sup. n. 232. & Roland. à Valle d. consil. 29. n. 16. & seg. lib. 2. ex quibus fundamentis merito contra praedictam cautelam Maranta, tanquam non veram & inutilem, in terminis nostris tenet Menoch. d. remed. 15. n. 228. & sequen. ad quem locum se remittit idem Menoch. de adipsi. cond. posses. remed. 4. n. 476

37

38

39

40

41

42

Supradicta tamen nostra & verior sententia aduersus receptorem limitatur tribus in calibus, vt per Menoch. l. illud de retinend. posses. rem. 3. n. 352. & seg. vsque ad n. 360. inclusiue. Primo, vt non procedat, quando iudex laicus ex privilegio & cessione Pontificis Maximi possidet de his causis possessionis contra clericum cognoscere & iudicare, vt in Regno Franciae, iuxta supradictam receptorem sententiam, 39 Secundo, 2. quando iudex Ecclesiasticus esset negligens in administranda iustitia ipsi laico turbato à clerico. Tertio, 2. quando iudex laicus requiritur in auxilium iudicis Ecclesiastici, vt ibi per eum. In adipsi. cond. autem possessione, apud neminem 2. fere dubitatur, laicum iudicem inter clericos sus dicere minime posse, cum de possessione rei spiritualis vel beneficiariae disceptetur, vt commune esse testatur plures referens aduersus Ign. Menoch. d. remed. 15. n. 235.

43 Supriora omnia circa primum punctum adducta loquentur ac recte procedunt, quando ambae partes vel spoliator ius turbator tatum, sunt clerici vel persona Ecclesiastica, 2. tunc enim merito, vt actor debeat sequi forum rei: Si vero spoliator vel turbator, & sic reus vel vterque tam actor quam reus sint laici, est Couar. vbi sup. in 2. concl. in vers. verum diligenter, adhuc velit coram iudice saeculari huiusmodi causam, cum sit spiritualis, agi non posse, quamuis non aperiat hoc procedere etiam spoliator sit laicus: Nihilominus tamen secundum veriore & magis receptam sententiam, iudex saecularis poterit de hac causa possessionis beneficiariae cognoscere, siquidem possessio haec non dicitur spiritualis, vt proprietates ipsa sed potius temporalis: quemadmodum in specie affirmatur Guido Papa 9. 1. qui in remedio retinendae possessionis loquitur, & alij permulti, ita vt haec sit magis communis sententia, vt refert eam sequuntur Menoch. de retinend. posses. remed. 3. n. 327. & seg. vbi se alio loco refert & etiam in numeris praecedentibus, a 314. & n. 348. quam etiam in terminis tenuit & probauit Socin. ab eo allegatus in c. sane, n. 9. in foro compet. & Aufser. de potest. saecul. super personis Eccles. reg. 2. §. litem. 24. & Crauet. consil. 238. col. 1. & 2. praecipue n. 4. qui in iudicio retinendae loquuntur, & dec. Pedem. 116. n. 1. idem Menoch. de recuper. posses. a remed. 15. n. 223. & 234. & haec est crebrior opinio Legistarum & Canonitarum, quos refert Couar. vbi supra, secundum decis. Pedemont. vbi supra, qui loquitur in remedii possessionis, praecipue retinendae, & recuperandae, quam etiam probat Ferrer. consil. 1. n. 15. Sed & hoc casu iudex Ecclesiasticus erit competens, vt resoluti cum aliis tripliciter limitans Menoch. de retin. posses. remed. 3. n. 361. cum segg.

44 Haec 2. tamen modo relata communis sententia limitatur, quoties simul cum possessione beneficii cognoscendum sit vna de titulo principaliter, tunc enim causa non sit mere temporalis, sed mixta cum spirituali, cuius capax non est laicus, iudex saecularis de ea cognoscere minime poterit, sed per Ecclesiasticum examinanda est, ex rationibus adductis per Cou. vbi supra in 1. concl. quae hoc casu vere militat, etiam si reus sit laicus & a fortiori si sit clericus: & in terminis ita tenet Menoch. de retinend. 1. posses. d. remed. 3. n. 328. & segg. de resp. qui in specie iudicij retinendae loquitur, quos refert & sequitur Menoch. vbi supra, n. 331. & seg. & latius n. 463. & seg. quia non ideo causa spiritualis redditur quod de titulo incidenter cognoscitur, principaliter vero de quasi possessione, cum enim hoc casu de ti-

45

46

47

48

49

50

51

tulo fiat fides & de eo tractetur, summatum id fieri solet, quia sufficit ostendere titulum coloratum nec aduersarius potest contra illum quicquam obicere, vt ibi cum aliis quos refert, probat, inter quos dec. Pedemont. vbi supra, n. 7. Cum igitur tunc summatum & incidenter agatur de titulo, iure potest laicus cognoscere, iuxta doctrinam Bald. in l. 2. C. de Carbonian. edit. docentis, 2. laicum posse de causa spirituali cognoscere, cum incidenter de ea agitur in causa saeculari: idem Bald. in anth. eiq. iur. n. 16. vers. tu coniunge, C. de bon. ant. iudic. possid. quae Baldi doctrina est vera & magis communiter approbata, vt plures referens aduersus Ioan. Andr. Roman. & Dec. testatur Menoch. qui supra n. 336. quam sententiam probat, tamen si contrarium adhuc hoc casu velit Couar. vbi supra, in d. 1. conclus. vers. ex quo apparet, cum maxime id probat, quia in hac specie non solet controuersia contingere, nisi inter clericos, quasi idem velit, quando contra laicum spoliatorem vel turbatorem ageretur: sed cum reuera hic agatur principaliter contra laicum de causa possessionis beneficiariae, quae est temporalis, licet incidenter summario decodum sit de titulo colorato, consequitur, iudicem principalis causae temporales esse etiam iudicem ad expeditionem necessariam eiusdem, quae incidit in eam, quamuis spiritualis, nempe de titulo, cum non principaliter veniat in causa illa: sed incidenter nec plene, sed summatum coloratum probandus est per supradicta arg. d. l. quoriet, cum similib. C. de iudic. Cellabit 2. tamen omnino in hac specie difficultas, quando

47 de titulo euidenter constaret, vt puta per confessionem aduersarij, vt probatur Crauet. d. cons. 258. n. 4. vers. confirmatur ista ratio, decis. Pedemont. 116. n. 3. & Nauar. vbi supra, pag. 148. vers. 1. facit, & testatur eam receptam Menoch. vbi supra, n. 338. plures alios referens, qui n. seg. idem cum Nauar. & alijs probat quando notorie ex actis constaret de titulo, & n. 343. idem etiam tenet, quando aduersarius conuenitur nihil obicere.

48 Ex 2. superioribus plura deducuntur, quae congerit in praxi satis vtilia D. Couar. d. c. 33. praef. q. n. 2. & seg. quae apud ipsum sunt videnda: iudicium tantum referam, nempe, laicum decimarum conductorem non posse conueniri apud iudicem Ecclesiasticum actione personalis ex locato ad mercedem, quia tunc non agitur de restitutione rei Ecclesiasticae, nec de decimis solendis, sed de soluendo pretio locationis conuenitur: conueniendus igitur est apud iudicem laicum: quod si apud Ecclesiasticum citetur, poterit iudicium ipsius declinare, vt recte probauit Couar. ibid. n. 2. vers. 5. & post eum alios allegans in conductore fructuum praebenda loquens dec. Pedem. 32. per tot. Hoc tamen limitandum erit, quoties conductores praedicti in eoductionis contractibus se submiserint iurisdictioni Ecclesiasticae, censuris & aliis canonicis legibus, aut iuramentum praestiterint, vt possunt iuxta l. 1. tit. 1. lib. 4. Non. Coll. Reg. vt in terminis probat Cou. vbi supra, alias enim iudex Ecclesiasticus non cognoscit de his bonis decimalibus alienatis (hoc est, de eorum pretio) nisi cum sint Ecclesiae vel Ecclesiasticae persona, Nam per alienationem perdunt nomen ac privilegium, quia mutatione personae, mutant naturam, quia ea non transmittitur: ita late probat D. Castell. in l. 6. Taur. in gl. de qualiquor qualitate, in vers. & quod dixi, inquit, hoc habuisset in facto & obtinuisset contra quemdam conductorem vel emptorem reddituum Ecclesiasticorum, qui conueniebant emptores fructuum coram Ecclesiastico iudice, postquam fructus effecti fuerant sui, & instabat, vt punirentur in amissione causae, iuxta formam legis Regiae. Idem Castell. in l. 13. Taur. in gloss. veynte y quatro horas, in vers. ex eo quo inferitur: 2. conductores autem praedictarum decimarum eas recte exigere poterit vtriusque, cessionis

52

sibi facta (hoc est, del arrendamiento, o recudimiento) aduersus laicos decimate debentur coram iudice Ecclesiastico, qui competens est cause decimalis, hocque iure vtitur, cum laicus incapax sit cognitionis huiusmodi cause predicti. spiritualis, arg. cap. causam que, de prescript. praterquam si agatur, an decima sint soluta, vel an teneatur ille solvere, vel alius, quo casu non tantum laicus eductor, sed ipsi clerici poterunt apud iudicem secularem petere, laicum solutionem decimarum reculantem compelli ad eas solvendas: focus si agatur de iure decimandi, vel de exceptione aut privilegio ab earum solutione liberate, vt probare vult Feder. de Senis cons. 245. quem refert & sequitur Coar. vbi sup. n. 2. in princ. cum tamen reprobat, dum existimauit, quod vbi tractatur tantum de questione facti super decimis, non de questione iuris, causa contra laicum solum pertineat ad iudicem secularem: Nam contrariu ibi probat, dicens esse commune opinio- nem & legibus Regis ibidem ab eo relatis probatam.

51 Circa 2^o secundum articulum principale; An scilicet remedium dicti capitis, reintegranda, detur contra singularem successorem cum titulo & bona fide possidentem, qui causam habuit a bona fide auctore? Quæstio hæc est de difficultatibus ac in foro magis quotidiana cæteris, quæ in hac materia adduci possunt, in qua DD. maxime inter se sibi que plures contrarij sunt, adeo vt vix discerni possit, quæ sit in ea magis communis & tenenda sententia: & ideo fundamenta & omnes auctores, quos inuenierim, sigillatim referam pro vtraque parte, vt ex hoc facilius dignosci possit: Et in primis,

52 Pars 1^a affirmatiua probatur, quoniam probata antiquiori possessione, noua & recens præsumitur clandestina, vt in c. licet causam, de probat. per quem text. hæc est communis omnium sententia, & vt plurimos referens testatur Roland. à Valle cons. 72. n. 1. lib. 2. sequitur plurimos referens Ant. Gabr. vbi sup. num. 56. Quod procedit, nisi constaret, antiquum possessorem iuste possessionem amisisse, secundum Roland. à Valle vbi sup. est que communis limitatio, vt plurimos referens testatur Ant. Gabr. vbi sup. n. 1. vbi num. 22. & 23. idem tenet cum magis communi sententia in eo, qui caderet à possessione propter negligentiam pro spatio decem annorum, praterquam in minore absente & Ecclesia, & vt ibi per ipsum n. 24. In dubio autem non præsumitur, quem iuste possessionem amisisse, sed potius contrarium, nisi aliud constet, secundum Innoc. & communiter Doctores in cap. post electionem, de concess. prebend. vt refert Roland. à Valle vbi supra, num. 2. Et 2^a communis opinio supra relata,

54 n. 52. per d. cap. licet causam, tunc procedit, præsertim cum ipsa clandestinitas est allegata & deducta, iuxta doctrinam Bart. in l. si de eo, si forte, in fin. ff. de acquir. possess. quam sequuntur Ruin. cons. 56. in fin. lib. 4. & Iaf. cons. 1. col. 2. lib. 3. Aduertendum igitur est in praxi, si veram esse teneamus hanc primam opinionem, & vt allegetur & articuletur, quod aduersarius clam possidet respectu possessionis antiquioris, alias enim non articulando actor succumberet, secundum Specul. in tit. de petit. & possess. §. 1. n. 32. & Alex. cons. 118. num. 2. vol. 2. & cons. 89. n. 9. vol. 5. Socin. in l. rem que nobis, n. 12. in fin. ff. de acquir. possess. Parif. cons. 1. num. 167. vol. 1. & cons. 98. n. 26. vol. 2. Bertand. cons. 54. num. 5. volum. 5. Dec. cons. 57. n. 6. Iaf. cons. 6. volum. 2. volum. 1. Crauet. cons. 258. num. 22. & 23. Carr. Iun. cons. 17. col. fin. Roland. à Valle cons. 72. n. 18. vol. 2. Brun. cons. 21. col. 2. decis. Pedemont. 90. num. 3. alios allegans & referens ex Brun. vbi supra, hoc esse articulandum & probandum: quod in dubio (vt prædiximus) probatur eo ipso, quod aduersarius suam antiquiorem esse non probat: allegari igitur debet ad minus qualitas

clandestinitatis, alias possessio antiquior nihil profuit, prout est communis opinio Doctorum nemine reluctante circa necessitatem istius allegationis, vt profertur Crauet. d. num. 22. Quomodo autem prohibetur bona fides iunioris possessoris, tradit Crauet. vbi supra, num. 21.

Secundo, eadem sententia probari videtur in d. cap. reintegranda, dum generaliter & impersonaliter loquitur; Ergo generaliter debet intelligi, vt in l. pretio, de Public. in rem act. & in l. 1. §. & generaliter ff. de legat. præstand. præcipue dum inquit text. Quacumque condicione temporis, &c. si que comprehendere videtur præscriptionem: quæ consideratio confirmatur ex text. in canon. Episcopi, 3. quæst. 1. & in cap. Ecclesia 3. quæst. 2. vbi ab æmulis possessio recuperatur, & a quibuscumque, &c.

Dictio igitur namque hæc, quibuscumque, vel quacumque, cum sit valde generalis, comprehendit omnes casus, etiam priuilegiatos, arg. l. fraudem, §. ult. ff. de testam. milit. l. 1. §. quod autem, ff. de alear. l. vnic. in verbo sponsam, C. de raptu virgin. Crauet. in respons. pro republ. Saul. n. 60. & 62. latissime Tiraquel. in l. si unquam, in præfat. num. 116. C. de reuocand. donat.

58 Tertio, quia vt argumentantur nonnulli DD. remedium hoc reintegranda possessionis, est magis priuilegiatum, quam interdictum vi possidentis: sed in eo interdicto exceptio tituli non obstat agenti & de antiquiori possessione probanti, vt in d. cap. licet causam, de probat. multo igitur minus obstat debet hoc in casu. Quarto, quia, vt alij etiam deducunt, remedium hoc reintegranda, est introductum ad instar & exemplum interdicti vnde vi, sed in eo nonnulla habetur ratio tituli, vt in cap. fin. de ordine cognit. cum eo spoliatus ante omnia sit restituendus, vt in l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de vi, si coloni, C. de agricol. & cons. lib. 11. l. si quis emptiois, §. fed. & hæc super illis, C. de annal. except. text. in cap. nullus, 2. q. 2. cap. literis, cap. conuenerunt, de restitutione spoliat. Ripa in l. naturaliter, §. mihi commune, n. 47. & ibid. Rub. n. 142. ff. de acquir. possess. Ergo idem in hoc casu dicendum est.

Et 2^a in terminis hanc partem affirmatiuam tenet & probat gloss. in c. eum ad sedem, verb. interdictum, ibi: Videtur tamen, de rest. spoliat. loquens in possessione rei Ecclesiastica, & ibi Hostiens. in versio. secundum Canones vero. Innoc. in d. c. sape, de rest. spoliat. & ibi Abb. post Archid. Hostiens. Carder. Ant. de Butt. & Ioan. de Lignan. & inquit Abb. ibid. ab hac sententia, tanquam à communi & vera non esse recedendum, ibique in eandem refert Goffred. & Lapum allegat. 52. est in num. 7. & hanc communem opinionem esse concludit (quamuis duram) & ab ea in iudicando & consulendo non esse recedendum, eandem probatur Geminian. Ligna. & Archidia. in c. reintegranda. Ludouic. Roman. in d. l. rem, que nobis, col. 3. & 4. num. 8. & ibid. Iaf. num. 19. vbi plures allegans magis communem testatur refertque Lepius sic concludit, vt vere consuluit cons. 72. col. 1. lib. 4. sequitur Aretin. in d. l. rem que nobis, & ibi Alex. col. 4. ad fin. num. 8. ad fin. vbi dicit, se vidisse sæpius in iudiciis iudicari secundum eam, & ipsum obtinuisse pro hac parte: & hanc opinionem sequutus est plerumque consulendo idem Alex. vt in cons. 51. col. 1. vol. 1. n. 1. versio. quoniam tenuit & cons. 117. n. 3. in fin. & num. 4. & cons. 200. n. 2. & 8. vol. 2. & cons. 6. n. 5. & 11. & seq. vol. 3. & cons. 91. num. 6. dicens, magis commune esse contra Bartoli præfatam sententiam, & in cons. 92. n. 7. & seq. vol. 5. idem respondit Anchar. cons. 42. circa med. Corn. cons. 56. lit. R. lib. 2. qui communem esse affirmat, & in cons. 33. n. 18. lit. X. lib. 1. vbi quod secundum Imol. & Abb. & communis & in practica feruatur secundum Lap. vbi supra, dicit

59

60 dicit communem Socin. Senior. cons. 89. in fine, lib. 1. & cons. 18. vers. tertium remedium, n. 32. eodem lib. 1. Dec. cons. 57. n. 3. & 5. vbi refert esse commune ex Alex. contra Bart. & cons. 252. n. 4. concludens, istam videri esse magis communem conclusionem, Ripa in d. c. sape, n. 28. vers. quid tenendum, de restitucio. spoliator. vbi plures allegans refert esse commune Canonistarum, & inquit non videri ab ea esse recedendum, quamuis non audeat eam omnino affirmare: & lib. 1. respons. 1. n. 43. Matth. de Afflic. decis. Neapol. 361. n. 33. vbi dicit commune & ita decisum fuisse per dominos de Consilio & in commentariis ad constitutiones Neapol. lib. 1. sub. 25. contra quem de restitucio agatur, num. 30. & 31. dicit magis commune eam sequutus Guillem. Cassiad. de restit. spoliat. decis. 7. Barbat. cons. 42. col. pen. vbi commune testatur lib. 2. & cons. 2. col. 2. lib. 4. Ioan. Maria Riminald. cons. 67. n. 7. & cons. 98. n. 76. lib. 1. & cons. 428. n. 10. lib. 3. & ibi Hippolyt. Rimin. in addit. Lucas de Pema in d. l. si coloni, qu. 2. 1. & eam esse commune testatur Marant. de ordin. iud. 4. part. in 7. dist. n. 50. probat. Bert. cons. 121 & cons. 123. lib. 2. Boët. quæst. 238. col. 6. Socin. Iun. cons. 34. n. 12. lib. 3. vbi sepe repetit hanc esse receptiorem & ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo, Claudius Sayfel. in d. l. rem, que nobis, volum. 2. Ioan. de Amic. cons. 97. n. 2. 4. & 5. Ruyn. cons. 48. & 49. volum. 1. Philip. Franc. in sua disputat. pretor. volum. 5. Neuzan. cons. 78. n. 4. Petrus Benintend. cons. 33. Alciat. respons. 388. num. 2. Berouis in c. in literis, n. 19. de restit. spoliat. Plotus in l. si quando, n. 66. Cod. vnde vi, nouissimè Roland. à Valle cons. 50. n. 11. & cons. 72. n. 7. lib. 2. vbi dicit esse commune & magis commune eam sequutus plurimos allegans & hanc dicit crebriorem Vitius in suis communib. opin. in verb. remedium, c. reintegranda 3. q. 1. non conceditur, &c. Bero. cons. 61. num. 17. & con. 63. n. 19. & 30. vol. 3. & hæc est magis recepta à Canonistis, secundum dequos. Pedem. 93. n. 6. quæ plures ex supradict. refert & inquit, iuxta eam iudicasse ac tenuisse Senatam Pedem. Eandem dicit quæriorem & tenendam in practica Ant. Gom. in l. 45. Tau. n. 192. vers. 2. non obstat text. in c. reintegranda, &c. in fin. quamuis ibidem fateatur, quod in puncto iuris contraria videtur verior opinio: Eandem refert esse commune aliorum testimonio, plures citans in eam auctores, testatus, quod hodie ista videtur magis communis opinio Ant. Gabr. vbi supra, num. 31. qui eam videtur sequi, quandoquidem ex eadem constituit primam ampliationem ad regul. d. c. reintegranda & hanc opinionem, quod remedium reintegranda, competat contra omnem possessorem, Rota complexa est, vt per Cassiador. decis. 7. de restitucio. spoliat. vt refert & probat cum communi nouissimè Patres lib. 2. decis. 176. num. 2. & seq. Habes igitur ant supra citatis auctoribus plus quam quadraginta hanc partem tenentes.

60 Contraria tamen 2^a sententia, & sic negatiua sequentibus affuit fundamentis. Primò ex text. in l. siue autem, §. duobus ff. de public. in rem act. vbi si duo titulum à diuersis dominis venditoribus consequi sint, & in bona fide vterque sit, ille in Publiciana præferatur, qui de præfenti possidere reperitur: Ea namque ratio, qua Publiciana non conceditur contra illum sic possidentem, facit, vt nec deat hoc remedium reintegranda. Nec obstat Abb. responsio in d. c. sape, dicens, in casu d. §. si duobus, actum non fuisse de solo possessore, vt in nostra questione, sed etiam de petitorio, in quo non constabat de iure alterius, quare in dubio pro possessore fuit iudicatum, in nostra autem specie solum agitur, vt spoliatus ante omnia restitatur, ob idque antiquior possessio præferatur, non inquam obest hæc responsio: Quomam si in casu d. §. si duobus, antiquior possessor cum titulo non præferatur nouo possessori cum titulo,

quanto fortius in casu nostro non præferatur, in quo antiquior possessor, qui vt spoliatus agit, nititur obtinere ex sola antiquiori possessione? Proderit igitur noui possessoris titulus ad iustificandam possessionem, & ad tollendum omne clandestinitatis vitium: vnde minime æquum esse videtur, vt actor, qui nititur ex sola antiquiori possessione, obineat contra nouum possessorem, qui suam possessionem ex titulo iustificat. Non etiam obest Antonij de Butrio responsio, quam diluit Alex. in d. l. rem que nobis, & ibi Rip. n. 27. & in d. c. sape, num. 28. vers. circa secundum casum, & Rubens in d. §. nihil commune, num. 70.

61 Secundo 2^a loco hanc sententiam confirmat ratio, quam contrarie partis auctores pro ea adducunt, nempe remedium hoc reintegranda esse inducendum, ne is, qui aliena occupauit, in peccato mortuus iaceat: Nam cum hæc ratio in specie, de qua agimus, cesset, quia nouus hic possessor non potest dici spoliator nec vitiosus possessor, ac per consequens non fit in peccato, cum titulum & bonam fidem habeat, consequitur, vt cessare quoque debeat dispositio nostri text. argum. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. cum simili.

Tertio, & quidem, vt videtur, peremptorie eadem sententia comprobatur ex decisione text. in dist. cap. sape, de restitucio. spoliat. cuius constitutio edita fuit per annos quinquaginta post promulgationem huius canonis reintegranda: Ibi namque constitutum est, agi solum tunc posse contra singularem successorem scienter in vitiosa possessione succedentem: si ex dist. cap. reintegranda, spoliato succursum esse contra singularem successorem cum titulo & bona fide possidentem, frustratoria & inuultis esset dist. cap. sape, promulgatio, nec de dubio seruiret, contra l. quod Labeo, ff. de Carbon. dist. Nam si certum erat, dari remedium contra possessorem cum titulo & bona fide, ex dist. c. reintegranda, à fortiori daretur contra illum, qui scienter in vitio succedisset: Ne igitur frustra edita sit constitutio dist. cap. sape, fatendum est eiusdem Decretalis auctorem satis intellexisse, non esse succursum contra singularem successorem, quouis etiam modo possidentem; ex dist. cap. reintegranda, quæ hanc consideratio, quam nonnulli ex supra citatis auctoribus pendunt, omnem videtur tollere dubitationem.

62 Quarto, & 2^a præcipue eadem sententia negatiua probatur, quoniam si aliud diceremus, sequeretur maximum absurdum, nempe quod remedium dist. cap. reintegranda, esset inuentum ad omnes iustos possessores spoliandos & inquietandos, non solum ad tempus, sed & perpetuo, pro vt aliqui ex Doctoribus supra allegatis concedunt, quos refert nuncupatim Menoch. d. remedi. 13. de recuperand. possess. n. 421. & quos Rota aliquando sequuta fuit, vt testatur D. Sarmient. de reddit. Eccles. 1. part. cap. 4. n. 1. in princip. & cons. et Cassiad. de restitucio. spoliat. decis. 5. & 6. vbi dicit, Rotam affirmare, esse hanc communem opinionem: & refert Anton. Gabr. vbi supra, n. 54. nempe, quod etiam per spatium immemorabilis temporis non præferatur huic remedio, & num. 55. nititur hanc opinionem & obseruantiam dominorum de Rota defendere ab auctoribus tenentibus contrarium, & etiam per mille annos secundum eundem Sarmient. & nouissimè esse commune & in Rota iuxta eam pronuntiatum à maiori parte contra minorem, testatur Patres lib. 1. decis. 115. in fin. & n. 22. qui per totam illam decisionem refert fundamenta & auctores vtriusque partis, ac proinde hoc remedio admissio, omnes leges & canones, qui de præscriptione loquuntur, hoc casu cessarent: quod minimè est dicendum, cum sint posteriores illo c. reintegranda. Nempe præterea dicit, ex eo textu præscriptiones aliæque iuris remedia esse sublata, cum verba eius sint generalia, ideoque

ideoque nihil possunt in iis, quæ specialem habent constitutionem, argum. l. doli clausula, cum similibus, ff. de verb. obligat. Non enim verisimile est, vno verbo omnem præscriptionum materiam subiacere velle: ideoque secundum alios Canones debet ille text. interpretari.

63 Et in terminis ex prædictis fundamentis hanc partem probavit Bart. in d. l. rem que nobis, n. 2. ff. de acquir. poss. & in l. fin. §. sed cum in secundum, n. 3. C. de fut. vbi limitat in habente possessionem & titulum ab auctore vitioso, & quando res erat vitiosa, nempe quando emit à mala fidei possessore, vt à fures; & Bartol. sequuti sunt Ang. & Imol. in d. l. rem que nobis, vt ibidem refert Soc. n. 12. in vers. aliquando quinto ac vltimo qui in hoc patum sibi constans eandem tenet sententiam, & idem consil. 266. n. 15. 16. & 18. lib. 2. vbi eam probat, dicens, videri magis communem & melius esse eam tenere, quam contrariam: & multos eiusdem opin. etiam refert auctores, nempe Nicol. de Mathar. Iacob. Butr. & Bald. in l. 2. C. de fut. & alios. Idem Soc. consil. 39. col. 2. n. 5. vers. circa secundum, vol. 3. dicens, istam esse magis communem opin. Legistarum. Idem tenet Ang. in l. sue auem, §. si duobus, vers. & per hanc literam, ff. de Publ. in rem. act. & consil. 1. 16. in vers. si autem ignorauerit, & consil. 57. col. 2. voluit Paul. Castr. in l. & ideo, §. Neratius, n. 5. ff. de cond. dist. fut. Andr. de Baral. Angel. & Ioan. de Plarea in l. si colani, colum. 2. C. de agrie & consil. lib. 1. 1. Alex. sibi dissidens consil. 18. lib. 1. & consil. 89. n. 7. lib. 5. latissime Cotneus, dicens videri esse de mente communiter Doctorum consil. 18. littera F. & seq. & consil. 23. col. pen. & fin. & consil. 62. n. 10. littera I. vers. tamen presertim, & consil. 329. per totum volum. 1. & late consil. 282. n. 7. littera I. lib. 3. quos sequitur Paris. consil. 1. n. 166. vol. 1. dicens, hanc esse magis communem Legistarum, Brunus consil. 19. n. 25. & consil. 21. n. 5. & 6. Calcan. consil. 1. 6. n. 3. Bertrand. consil. 54. n. 4. & 5. vol. 1. & consil. 323. in fine 1. part. lib. 2. latissime Rub. consil. 4. vbi respondet ad multa, quæ in contrarium adducuntur: & consil. vltim. n. 9. Ruyn. consil. 49. n. 11. lib. 4. Anch. consil. 310. col. vltim. vers. ista enim iura, n. 7. in fin. Pract. Papiensis in forma libelli, quo agitur in causa spoliat. possess. gloss. 1. n. 8. in fin. dicens, quod hæc est communis opinio apud Legistas, contraria apud Canonistas, Ioan. Crotus consil. 47. n. 20 sequitur Soc. Iun. sibi contrarius consil. 47. n. 23. & consil. 48. in fin. n. 13. lib. 1. vbi dicit istam veteriorem & magis communem Gozadin. consil. 28. mm. 36. Franc. Turza breuiter in suis communibus concl. c. 50. Zabarell. consil. 114. col. 1. Iaf. sibi contrarius consil. 21. col. 1. vers. 2. respondetur, lib. 3. vbi eiusdem sententia citat Ioan. Fab. in §. sed ista, Instit. de actio. Ioan. Maria Riminald. consil. 238. n. 10. lib. 2. & Hippolyt. in addit. ad eandem consil. 67. n. 7. lib. 1. ambo parum sibi constantes. Idem sibi contrarius tenuit Rip. in d. l. rem que nobis, n. 27. & in respons. 1. alias 45. in 2. lib. decret. n. 7. hanc semper probauit Rub. in d. §. nihil commune, n. 71. & 72. & in consil. 4. col. 2. & in consil. 167. n. 9. hanc sequitur sibi contrarius Aleiat. in d. l. rem que nobis, n. 8. & eam probasse viderit Molin. ad Alex. consil. 6. n. 5. in verb. non satis, lib. 3. dum citando Anch. subdit, non praticari, Paris. in c. si diligenti, n. 23. de prescrip. Mantua. consil. 99. n. 2. lib. 2. Ant. Matth. in d. §. nihil commune, ampliatio. 20. Eandem sequuti sunt Nathan. consil. 88. in fin. lib. 1. & Ioan. Cephal. consil. 4. n. 1. & consil. 100. n. 22. lib. 1. & hæc est vera & magis communem conclusio, secundum Marant. de ord. iud. 4. part. prim. 7. dist. n. 50. fol. 179. hanc, latissime agens ad partes ac plurimos ex supradictis referens, sequitur & probat & communem magis esse affirmat Menoch. dist. remed. 15. de recuper. poss. n. 89. Hanc dicit magis communem Legistarum decem. Pedemon. suprad. 93. n. 6. quæ etiam plures refert, quamuis eam non probet, sed concordiam, quam statim referam. Hanc secundum

dam partem intrepide, auctore & neruose probat D. Sarm. de reddid. Eccles. 1. part. c. 4. n. 1. per totum, sequitur & communem dicit nonnullos allegans D. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. c. 13. n. 53. vbi contrariæ opin. non meminit: Eandem communem & magis communem Legistarum ex Corneo d. consil. 23. & Paris. dist. consil. 166. & Socin. consil. 31. col. 2. in fin. n. 3. affirmat Roland. à Valle consil. 50. n. 11. & consil. 72. n. 7. volum. 2. vbi alios eiusdem opin. auctores refert, quamuis eam non probet: Eandem sequuntur plures relati per Ant. Gabriel vbi supra d. n. 31. vbi quod est magis communis, licet, vt prædixi, priorem videtur sequutus.

Habemus igitur, si bene memini, quadraginta plus aut minus auctores huius sententiæ negatiuæ sequaces: & quamuis alios quadraginta aut plures supra enumerauimus pro parte affirmatiuæ, eam tamen non probant indistincte, sed tantum in rebus Ecclesiasticis & quoad earum possessionem, non vero quoad bona laicorum: provt sunt gloss. d. c. cum ad sedem, Ant. de Butr. Abb. Cald. Lap. & Ligna, vt animaduertit Rubr. in d. consil. 4. item & Castald. in eisdem bonis ecclesiasticis loquitur, Hostien. vero & Innocent. in d. cap. cum ad sedem col. 2. nec vnam nec alteram affirmare videtur, sed tantum asserere, remedium huius canonis non esse nouum: idem Innocent. in d. c. sepe, arbitrarie tantum loquitur nec audet sententiam affirmatiuam probare, vt refert Menoch. vbi supra n. 90.

Quid tenendum in articulo perquam difficili & valde controuerso? Ego vnam ex luprad. opin. electurus, hanc secundam sententiam negatiuam veteriorem & magis communem Legistarum & tenendam in iudicando & consulendo existimo atque iudicando, ex fundamentis sup. pro ea adductis, que meo iudicio, vt fortiora ita & meliora cæteris contrariæ partis sunt: satis enim plus viget pro hac parte, quam priora pro affirmatiua: ad quod potius in presenti specie aduertendum cenleo, quam ad numerum auctorum: Quandoquidem, vt videmus, non solum inter se dissident in ea vtriusque iuris interpretes, sed, quod peius est, quam plures ex eis sibi ipsi parum constantes atque contrarij sunt: non igitur multum est fidendum in eis, sed in rationibus & fundamentis, quæ meliora ac grauiora fuerint, provt esse existimo adducta supra pro hac eadem parte negatiua, præterquam quod eam probatur magis communiter Legisla: quæ proculdubio procedit, si tertius hic singularis si possessor cum titulo & bona fide per tantum temporis spatium possederit cum cæteris iuris requisitis, vt legitime præscripserit rem ipsam super qua controvertitur, tunc enim indubium est, ipsum nec possessorio nec petitorio conueniri posse, quinimo absolvendus & liberandus est omnino in totum, non enim sublatae sunt præscriptiones legitimæ ac canonice per remedium d. c. reinteegranda, in presenti specie, vt modo dicebamus in quarto fundamento huius sententiæ negatiuæ, quæquid perpetua & absq; vlllo iuris colore alij existissent. Quod si tempus legitime præscriptionis ad huc completum non fuerit, nihilominus existimo, in nostre quæstionis terminis non habere locum illud remedium possessorium, sed statim iudicium petitorium, quo agi tunc oportet, vt clarius apparebit inferius ex responsione, quam t assignabimus ad nostrum text. ne obsit huic negatiuæ sententiæ. Neque obstat, quod grauius Senatus Pedemon. iuxta affirmatiuam iudicauerit in casu, de quo per Octavianum Cacher. vbi supra, quoniam in illo possessores cum titulo & bona fide nondum præscriperant, & præterea res habuerunt ab eo, qui sine titulo possidebat, vt constat ex præd. decisione in principio & in fine: at vero nos agimus in singulari successore cum titul. & bona fide, qui causam habuit ab auctore bonæ fidei titulo: quo modo supra prædic.

prædic. duas communes contrarias sententias conciliari recte Ioan. Crotus d. consil. 47. n. 20. & plenius consil. 75. n. 10. & Ripa vbi supra: quam concordiam probare videtur Octavian. vbi supra d. n. 6. qui aliam etiam refert, nempe, vt prior opinio sit legitima in rebus Ecclesiasticis; secunda vero in terminis non subiectis Ecclesiæ in temporalibus. Verum hæc concordia mihi non ardeat existimanti, in vtrilique terribi negatiuam sententiam esse sequendam, vti communior & veterior, dummodo iste conuentus habeat titulum à bonæ fidei auctore titulo, vt prædiximus, alias secus: quod etiam voluit ac expresse sentit Menoch. vbi supra n. 89. vers. contrariam etiam. Fateor tamen, quod si Senatus Pedem. vel alius in terminis nostris eandem priorem sententiam elegisset, nihilominus non multum errasset; Quædoquidem illa si etiam magis communis opinio Canonistarum, que iudicio plurimorum virorum grauissimorum & veteri etiam censetur, quamuis nobis, quam prædiximus, communior, veteri & probabiliori videatur; iuxta quam iudicarem, si casus contingeret: nec equitas nos mouere debet, vt spoliato succurramus hoc casu. Quandoquidem huiusmodi possessor expertus sit huius vitij actorique remaneat ius suum saluum quoad petitorium, quoad in iudicium deducere poterit reque suas in eo vendicare ac recuperare.

66 Superest, vt ad argumenta & rationes contrariæ partis respondeamus, ex quorum responsionibus dilucidior ac magis roborata apparebit nostra hæc tenenda sententia. Et ad primum de clandestinitatis vitio, & respondeo, hoc minime procedere, quinimo ipsum vitium tolli interuentu tituli & bonæ fidei, vt in l. clam. possidere in princip. ff. de acquir. possess. ita responderit Soc. in dist. l. rem que nobis, n. 12. vers. aliquando quinto & vltimo, & ibi Rip. n. 17. idem in cap. sepe, n. 28. vers. secundo confidendum, & c. de restitut. spoliat. & an eos Alexand. consil. 118. n. 2. vers. & dato, lib. 2. vbi n. 8. subdit, actori hoc nihil prodesse, si possessor titulum ostendat, vt refert Menoch. vbi supra, n. 81. idem probans adiciens, que cum Paris. consil. 12. n. 9. lib. 4. post Cur. Iun. consil. 17. col. vlt. duodecimo, quod cum contra hunc nouum possessorem non militet illa qualitas clandestinitatis, nec contra eum hoc remediū agi poterit: quod cum appareat de titulo, vitium clandestinitatis à possessione tollatur, probat l. sue auem, §. si duobus, ff. de Public. in rem act. tenet plures referens Menoch. vbi supra, num. 70.

67 Ad secundum, nempe, quod t ex nostro cap. reinteegranda, supra adduximus, in illis verbis: Quæcumque conditio temporis, & c. quibus sublata videtur præscriptio in proposito, respondeo, hoc non ita esse, vt supra, probauimus in quarto fundamento partis negatiuæ. Quare respondeo oportet illi text. in præfatis verbis, minime illis tolli legitimam præscriptionem, si bona fides & cætera requisiita conueant, vt in l. fin. in fin. C. de edict. d. ni. Adrian. tollend. vt in terminis dicit ac responderit Paul. Castr. consil. 105. col. fin. lib. 1. in secundo intellecto ad d. c. reinteegranda. Quid igitur est quod text. dicit: Quæcumque conditio temporis, & c. Nam etiam si hæc verba ad illa, Perdidisse noscentur, referantur, vt est verum, adhuc non euacuant inductionem text. illius præd. vt excludi per ea videatur præscriptio, vt recte obseruauit D. Sarmient. vbi supra.

Sed vt omnino hoc cesset contrarium, animaduertere oportebit secundum Sarmient. text. illum loqui in fauorem bonæ fidei possessoris contra malæ fidei possessorem & prædemon. vt patet ex littera d. text. in princip. huius cap. relata. Nam non dicitur: ecclesie vel proprias, id est, suas substantias, præsupponit bonam fidem Episcoporum spoliatorum. Dum vero dicit: spoliatis vel electis episcopis, & ibi, Cap. vitium aut dolo aut violentia ma-

iorum per quasunque iniustas causas, & c. iniustas, possessorem modernum esse malæ fidei: quo casu verum est, etiam nullo temporis spatio obstante præscriptionem tolli, quia cum violentia sit vitium reale, prædicoque sit verus & manifestus malæ fidei possessor, quia ipse fuit primus spoliator & occupator, impeditur iura communi præscriptio, vt in l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. possess. §. vltima, cum similib. Instit. de vsucap. Quod si t violentia non interueniat, mala tamen fides adfit, vt adesse videtur in cæteris casibus dist. cap. reinteegranda, nullo tempore præscribitur, vt in c. si de prescrip. etiam immemorabili, vt resoluti Balb. de prescrip. 2. p. 3. part. quæst. 6. n. 20. late Crauet. consil. 146. mm. 2. & de antiquit. temp. 4. part. 4. quarta part. princip. n. 19. & 20. vbi refert Angel. Aret. dicentem, malæ fidei possessorem t in ætænum ex Pontificis constitutionibus præscribere, hoc enim casu non poterit conuentus obistere hanc possessionem præscriptionis, secund. Berro in cap. felicitate, n. 39. de restit. spoliat. Menoch. de remed. 15. de recuperand. poss. n. 47.

Quod si quis fit bonæ fidei possessor, etiam re vitio reali affecta, procedat saltem longissimi temporis quadragenaria præscriptio, vt in l. 1. §. ad hæc. C. de annal. except. & notat gl. in l. sent. in fin. C. de prescrip. triginta vel quadraginta annorum, sicque t intelligenda est communis interpretum sententia habens, quod remedium d. cap. reinteegranda, durat perpetuo vsque ad triginta annos, quam refert plurimos allegans Anton. Gabr. vbi supra, n. 53. & probat Puteus, d. lib. 1. decis. 115. n. 14. & seq. aduersus Roman. Sicque eam interpretatur Menoch. vbi supra, n. 418. & ante eum Roland. à Valle consil. 72. n. 19. & 21. lib. 2. vbi ambo eam intelligunt, vt procedat regulariter, vbi bonæ fidei possessor non habeat titulum vel quando res esset affecta vitio reali.

Si verò t vis vel vitium reale non fuerit illatum, & quis iusto titulo & bona fide possideat habeatque causam à bonæ fidei auctore titulo, non video, cur præscriptio impediatur decem annorum inter præfentes, & viginti inter absentes, nec quomodo contra eum competat remediū d. c. reinteegranda, cum eo casu minime ipsum loquatur nec de eo cogitantur. Paterit igitur actori hoc casu agere remediū d. c. reinteegranda, opponi exceptio legitima supradictæ præscriptionis & in terminis ita tenet Balb. de prescrip. 4. part. quarta part. principal. qu. 24. circa fin. vers. quinimo videtur, & sentit Ruyn. consil. 6. n. 14. lib. 1. & expresse affirmavit Roland. à Valle d. consil. 72. n. 21. & Menoch. vbi supra, num. 425. Sarmient. dist. 11.

Declaratur tamen hic casus, vt non procedat in illis casibus, in quibus ratione & priuilegio personarum maius tempus ad præscribendum requiritur, vt in Ecclesia, contra quam regulariter sola præscriptio quadraginta annorum currit, secundum Balb. vbi supra, in vers. sed quoad Ecclesiam, Paul. Castr. consil. 105. in fi. in 1. p. consil. Bettr. consil. 44. n. 8. in 1. part. lib. 3. Menoch. vbi supra, num. 427. vbi in num. seqq. exemplificat etiam in hico, contra quem solo spatio centum annorum præscribitur, secundum Angel. Alexand. Guidon. Papæ & Ruyn. quos refert: & ita est intelligenda hæc materia.

In beneficiis tamen illud hodie constitutum 74 est ex regul. Cancellar. de annal. possess. vt pacifici possessores per annum, & ex reg. de triennali possess. per triennium sine tuti quoad possessionem, que regulari & spoliatorem adiuant, dummodo non sit violentus, vt declarat Gomez in priori illa reg. de annal. possess. 9. 64. quem sequitur Octavian. in eadem, quam simul iunxit cum reg. de verisimil. notitia, n. 122. & Menoch. vbi supra, num. 430.

Non etiam obest t altera consideratio suprad. ex 75 genera

Generalitate supradicti nostri cap. reintegranda, in illis verbis: Quacumque condicione temporis...

76 Et si superioribus, praecepit dicitis n. 67. m. vestre, sed ut omnino inferatur, veram esse receptiorem sententiam...

77 Ad tertium si respondeo, non esse verum, quod in interdito uti possidatis, antiquiori possessione probata, novus possessor cum titulo succumbat...

80 Ad quartum si respondeatur eodem modo, nempe, non esse bonam consequentiam: Dominij exceptio non impedit possessionis restitutionem...

Quam limita si Marant de ordin. ind. 4. part. in 7. dist. num. 53, non procedere in Regno Neapolitano, ex Regia illa constitutione, circa violentiarum, &c. qua est prouisum contra millefimum etiam successorem...

81 Discernimus haecenus, an remedium d. cap. reintegranda, detur contra singularem successorem cum titulo & bona fide possidentem causamque habentem

à bonae fidei possessore, & hic est primus casus. Secundus casus est, quoties novus hic singularis successor est cum bona fide, sed tamen sine titulo...

Tertius casus est, quoties tunc novus successor & possessor hic est cum bona fide & titulo, sed titulus superuenit post possessionem illam antiquiorem, siquidem per fraudem titulus ille est inductus...

Quartus erit denique casus quando novus possessor cum titulo & bona fide causam habuit ab auctore vitioso, siquidem res est affecta vitio personali: & tunc datur contra eum praed. remedium Canonis, reintegranda, secundum Soc. in d. l. rem que nobis, n. 12. in versic. aliquando & secundo, & ibi Alciac. n. 3. quorum sententiam in hoc probauit Menoch. ubi supra n. 73. & seq. eamque defendit à Bart. doctina, qui in Publiciana tenet contrarium...

Quintus est erit casus, quando res est affecta vitio reali, vel ob furtum commissum, vel ob vim impulsivam, & tunc etiam contra successorem singularem cum titulo & bona fide dabitur praed. remedium, cum tunc temporis nec praescriptio locum habeat, ut supra dicebamus: ita in terminis tenet Soc. in d. l. rem que nobis, n. 12. versic. aliquando & tertio, & clarius ibi Aret. col. 2. in princ. vers. unde miror. Corneus consil. 18. n. 11. & consil. 62. n. 10. versic. tamen praescribitur, quos refert & sequitur Menoch. ubi supra n. 57. estque haec limitatio verissima arg. sine dubio meo iudicio. Limitatur tamen hic quintus casus, ut procedat in praescriptione ordinaria, decem vel viginti annorum: secus in longissimi temporis quadraginta annorum praescriptione, quia tertius singularis possessor bonae fidei, rei vitio reali affectae, cum praescri

praescribit praedict. spatio quadraginta annorum, ut supra, n. 70. praediximus. Circa tertium obseruandum erit, appellare licere à lata in hoc remedio sententia, cum in foro ecclesiastico intentatum fuerit. Quoniam iure Canonico à quacunque sententia in possessorio lata, appellare licet, ut in cap. 1. de caus. possess. & propriet. & in Clem. unica, de sequestrat. poss. & fruct. ubi expresse dicitur, non esse quem privandum possessione sua post vnam sententiam in iudicio possessorio contra eum latam, & in dist. cap. cum ad sedem, ubi omnes, praecipue Bellamer. n. 10. qui late rem hanc explicat, & Bero quest. 52. text. in Clem. 1. de re iud. Bald. in l. 1. C. de moment. possess. fuerit appell. de iuris. vrin. Capella Tolosana, etque in dubium, ut in terminis nostris testatur Menoch. de recuperand. possess. remed. 15. n. 64. i. qui alios allegat & ante eum, quod iure t Pontificio à sententia lata in iudicio possessorio appellatum admittenda sit ad vtrumque effectum, suspensionis & deuotionis, testatur communem Abbas in dist. cap. cum ad sedem, colum. 3. & Matth. de Afflict. dec. 1. Neapol. 269. num. 2. ubi dicitur, fuisse per totum Neapol. Senat. decisum, & quod communiter teneatur, secundum Abb. ubi supra, idem probat, plures referens, Conar. in lib. pract. quaest. cap. 23. num. 8. in prima conclusione, & Marant. de ordin. iudic. 6. part. in principio, in tit. de appell. n. 295, & Roland à Valle con. 3. n. 13. lib. 2. Anton. Gomez in l. 45. Taur. num. 194. Ignatius Salzed. in addit. ad regul. Bernard. Diaz, in regul. 36. in 2. limit. testatur communem plures referens Mench. lib. 2. controuers. v. usufrequens. cap. 38. num. 1. & de. 40. n. 3. & Anton. Gabr. lib. 5. commun. opin. conclus. 5. num. 124. loquens generaliter, quod sit permilla hoc casu appellatio de iure Canonico: idem late probat & ampliat, ut reuocetur attentata hoc casu secundum communem, Lancelotus in tract. de attent. 2. part. cap. 12. ampliat. 25. num. 18. & seq. Quare audiendi non sunt Gozadin. cons. 56. n. 4. & Aufretius in decis. Capel. Tolosan. quaest. vltim. exultimantes, iure Pontificio appellatio nem à sententia lata in iudicio possessorio non habere effectum suspensionis, sed tantum deuolutionis, hoc enim est contra text. in d. Clem. unica, & communem opin. supra relatam, neque auctores ab eis citati id tenent, quod ipsis adscribitur, ideo merito Gozadin. & Aufret. in hac specie nuncupatim reprobant Cou. & Salzed. ubi supra.

Superiora de iure Canonico in interdico recuperandae & adispicendae recte & indubie procedere videntur: verum in interdico retinendae, si notorie constaret de possessione actoris, reusque nihil peremptorium alleget contra eam, videtur appellationsi locum non esse à prima sententia in eo lata, quia actor in sua possessione iuraret, & ne in ea à reo perturbetur, praecipitur, ut in casu c. quarelam de elect. & similibus: & ita in praxi obseruatum vidi in vna Salmantin. in qua fuit actum praed. interdico retinendae pro certo quodam annuo censu & pensione à capellano eiusdem capellaniae, aduersus quosdam laicos, tanquam possessores cuiusdam fundi, super quo asserbatur, constitutam olim fuisse praed. annuam pensionem in fauorem dictae capellaniae qui se eximere praetendebant à solutione praed. annuae pensionis, eo, quod sibi non ostendebatur nec in iudicio producebatur instrumentum aliquod constitutionis dictae pensionis, at verò actor suspendit peritorium, & super possessorio tantum agi voluit atque proceletatus est iudex ecclesiasticus Salmantin. probata praed. possessione solutendi quottannis d. annuam pensionem ex praed. fundo capellanis eiusdem capellaniae, quod non distabant reus, nec aliquid peremptorium in iudicio possessorio deduxit, suam protulit sententiam diffinitiuam aduersus reos super

possessorio, reseruato iure super peritorio, eamque appellacione reorum non obstantem, executioni tradendam iussit, à quo & ab executione praed. sententiae, quia vna tantum erat, & quia lata à iudice ecclesiastico contra laicos, apposta prius declinatoria, cum appellatum fuisset, & causa ad Regiam Cancellariam Pincianam per modum violentiae delata, ad eundem iudicem ecclesiasticum non semel decretis curiae remissa fuit, qui postea ad vltiorem executionem processit, prout vidi in actis processus eiusdem causae.

Quinimo quod t praediximus n. 86. ampliat, ut procedat etiam, cum laicus in foro saeculari hoc remedium canonis reintegranda, mouerit, nam adhuc appellari posse consuloit Bald. consil. 321. ad euidenciam praemittendum est, quod aliquando col. 1. in vers. enim dicimus ciuile, lib. 3. sequitur Pract. Papiens. in forma libel. in causa spoliat. possess. in verbo, per nostram diffinitiuam, n. 3. Ripa in c. sape, in fin. de restit. spoliat. Nata conf. 66. lib. 3. sequitur Menoch. ubi supra n. 642. aduersus Baldi restrictionem in d. c. quarelam, col. 4. vers. sed nunquid à lata, de elect. intelligentis solum procedere, cum hoc remedium succedit loco actionis de dolo, vel quod metus causa: idem t in remedio recuperandae, l. siquis in tantum, c. vnde vis, quod à sententia lata eo casu appellari valeat, tenet & communem esse profiteretur ex aliis Menoch. de recuper. possess. nemo remedio, n. 216. & seq.

Verù t hoc, quod in foro saeculari appellari possit à sententia in possessorio lata, contra communes traditiones esse videtur, quibus cautum est, quod de iure ciuili appellari non liceat à sententia lata super possessorio, quoad effectum suspensionis iuxta text. in l. quisquis, C. de appell. non recip. & in l. unica, C. de moment. possess. fuerit appell. & in c. unica, §. de possessione, 2. q. 6. Dec. consil. 28. num. 5. ubi in quolibet possessorio loquitur: ex quo hanc testatur communem opin. Mench. ubi supra n. 3. & iterum c. 40. n. 2. licet admitti debeat hoc casu appellatio quoad causam deuolutionem, ut probant Bartol. in l. 2. n. 9. ff. de appell. recip. & Abb. in d. c. cum ad sedem, n. 130. & in consil. 5. lib. 2. in causa, in versic. aliam limitationem, Angel. consil. 107. & Aufret. ubi supra, & fuisse hanc opin. seruatum in Concil. Neapolit. testatur eam sequutus pluresque referens Afflict. ubi supra n. 3. & 4. sequitur etiam Rebut. super l. Reg. Gallicae in tract. de sentent. execut. ar. 5. gloss. 3. Paris. consil. 108. n. 20. lib. 1. & Marant. de ordin. iud. 6. part. in tit. de appell. n. 294. Roland. à Valle consil. 38. n. 3. lib. 2. Petrus Duennas in regul. 44. sequitur & communem esse affirmat plures referens Couar. d. n. 8. in princ. qui in 2. conclus. addit, hoc frequentiori consensu post Bartol. receptum esse: idem fatentur Ignatius ubi supra, & Menoch. de adispicend. possess. remed. 4. n. 828. & de recuper. possess. remed. 9. n. 322. plurimos referens, & de retin. possess. remed. 3. n. 843. ubi loquitur in remedio retinendae, referens se priori loco supradicto, & magis communem esse post alios testatur Petrus Beniprend. in decis. Bononiens. 17. n. 5. & plures referens Lancel. de attent. 2. part. cap. 12. ampliat. 25. n. 4. & seq. & in tract. de appell. in poss. prohib. vel permiss. in 2. relatione secunda opin. Mench. ubi supra n. 4. * Est receptor & magis communis, à qua non est recedendum in iudicando & consulendo, secund. Ioseph. Ludouic. dec. Perns. 20. n. 16. cum sequentibus, ubi n. 25. limitat quoties in actis constat de iniquitate sententiae. * Quo t fit, ut non dicatur attentatum, si hoc casu sententia prima in possessorio exsequatur, appellacione non obstantem, ut firmat nonisime Mansfred. in pract. conclus. super attentat. conclus. 13. i. quem refert & sequitur Lancel. ubi supra de attent. n. 8. ubi numeris seqq. ampliat & limitat pluribus modis. Et quamuis veteres quidam (quorum opinio apud iuris ciuilibus professores communis olim fuit & adhuc est) quibus

quibusdam videtur & vera, vt per Mench. d. c. 40. n. 1.)
 remunerat, neque quoad effectum deuolutiuum, appella-
 tionem in iudicio possessorio vllum effectum habere,
 & Ripa post alios, quos refert in c. sape, n. 3. de restit. spol.
 contra communem praefatam existimet, esse veriorum
 opin. nempe, vt iure ciuili possit appellari a sententia la-
 ta in possessorio: praecedens tamen sententia verior ac
 93 magis recepta est & tenenda, ex qua t idem videtur
 concludendum in hoc remedio canonis, reintegranda,
 cum sit possessorium, vt in eo appellatio non suspendat
 effectum sententiae in fauorem spoliati latae; quamuis
 quoad effectum deuolutiuum ipsa appellatio locum
 habeat: & quod hoc in interdicio recuperandae (provt
 est remedium dicitur, c. reintegranda) procedat, faterur magis
 communis ipsa sententia modo relaxata, loquens in
 omni possessorio, adipsam sententiam nempe, retinendam & re-
 cuperandam, vt constat ex ipsius auctoribus, & praeci-
 pue ex Barr. in l. 1. c. si de moment. possess. fuerit appell.
 Couar. Menoch. Duen. & Marant. vbi supra, & alius, &
 ex facta decem in vltima decis. Capellae Tolosanae, vbi
 Aufserius plurimis modis limitat. Quo fit, vt eadem
 praefata magis communis sententia seruanda etiam sit
 in specie d. cap. reintegranda: Nam t quod prius retuli-
 mus in laico in foro seculari remedium d. canonis de-
 ducente, vt tunc appellari possit, iuxta Bald. sententiam
 de conf. 321. Pract. Papiens. Rip. Menoch. iuxta aliam com-
 munem sententiam, quae habet, vt in specie d. l. si quis
 in tantum, appellari valeat, intelligenda sunt quoad effe-
 ctum deuolutiuum, secus vero respectu suspensionis,
 quoniam per appellacionem in praed. remedijs possesso-
 rijs minime de iure ciuili suspenditur executio, iuxta
 supra dict. magis receptam & tenendam sententiam, vt
 constat ex praed. auctoribus: de nullitate tamen senten-
 tia bene dicit post in possessorio, etiam de iure ciuili,
 communis secundum Curt. Jun. conf. 163. n. 9. refert &
 sequitur Mench. vbi supra, n. 2. Quinimo & ratione inor-
 dinati processus bene admittitur appellatio a sententia
 lata in possessorio: communis secundum Curt. vbi supra.
 Minor etiam restitui potest in possessorio, iuxta gl. in d.
 l. canon. est communis, vt plures referens testatur Men-
 chac. vbi supra, n. 3.

95 Iure tamen Pontificio quoad vtrumque; t effectum, &
 suspensiuum & deuolutiuum, vt praediximus, appellatio
 * locum habet, * vt plurimos referens testatur esse tutum
 ab ea recedere, Ioseph. Ludou. vbi supra, n. 19. & 10.
 * Praeterquam si esset in notorio spoliatore, qui nec
 etiam attenta benignitate iuris Canonici potest appel-
 lare, vt in c. cum sit Romana, s. praeterca, de appellatio. &
 tenet Roma. conf. 321. in proposito, Rip. in cap. sape, n. 3. de
 96 restit. spoliat. Lancelot. vbi supra, n. 25. Secundo t non
 procedit in possessorio extraordinario, in quo nec etiam
 de iure Canonico permittitur appellatio, vt per Ca-
 gnol. in l. in part. ff. de regul. iur. & post alios late tuetur
 Petr. de Benintend. vbi supra in decis. Rota Bononiens. 79.
 n. 2. & seq. dummodo in iudicio fuerit pars citata &
 adhibita cause cognitio, vt post alios tradit Alciat. conf.
 37. sub n. 8. lib. 6. Lancelot. vbi supra de attentat. n. 26.

97 Sed iure nostro t Regio Hispanica post duas senten-
 tias latas in possessorio non admittit supplicatio
 con las mil y quinientas doblas, de qua in l. 28. de Madrid.
 98 Consequitur t igitur inde manifestissime, iure Regio
 posse appellari ab vna sententia lata in iudicio possesso-
 rio, ac proinde ipsam pendente appellatione vel supple-
 catione minime mandandum esse executioni: & ita in
 terminis ex d. l. 28. deducunt acc tenent D. Cou. vbi supra, d.
 n. 8. in l. conel. & Ant. Gom. in d. l. 34. Tau. n. 194. in fin. &
 Ignat. Salzed. vbi supra, in 14. limit. Idem ex Pragmat. 42.
 & 31. probat & tenet Mench. vbi supra, d. c. 40. n. 3.

99 In t casu tamen speciali l. fin. C. de edit. diui Adrian.

tollen iure ciuili non tantum, sed & Pontificio appella-
 tio admittenda non est, quoad suspensionis effectum ab
 ea sententia missionis in possessionem, quae fertur in iu-
 dicio possessorio in fauorem haeredis scripti, vt tenet
 Bald. conf. 141. n. 1. lib. 1. & conf. 103. lib. 4. Hanc alios al-
 legans probauit D. Cou. vbi supra, in 3. conel. vbi de iure
 ciuili esse communem profectum quod gloss. verb. missio,
 Barr. & communiter DD. in d. l. final. & Tiraq. in tract.
 Le mort, sossi le vit. 6. part. declaracione 6. n. 2. text. in d. l.
 quisquis, & in cap. vlt. s. si quis, 2. q. 6. & de iure Canonico
 ex eo probat, quia nullibi sit eo iure contrarium
 statutum, & praeterea, quia fauore testamentorum &
 hereditatum vacantium hoc iudicium possessorium
 summariè debet expediri, nec omnino sequitur aliorum
 conditionem iudiciorum, quae de possessione tractantur:
 & de iure Canonico hoc etiam probatur in d. s. si quis,
 vbi Archid. 2. q. 6. Berouis 9. 44. Innoc. in c. pastoralis, n.
 3. vers. ad hoc, libi. Quid sit sine vlla iusta causa, & de offic.
 delegat. Aufserius in decis. sol. Capell. Tolos. ad s. Lancel.
 vbi supra, n. 27. vbi n. 28. cum Manfied. vbi supra, conel. 140.
 tenet, quod attentata hoc casu non sunt reuocanda. Cõ-
 siderandum praeterea est, quod facile sit iniquis appella-
 tionib. legitimos ac veros haeredes defunctorum
 possessione rerum hereditarium interim iniuste de-
 fraudare: eandem sententiam sequitur ac probat Ignat.
 Salzed. vbi supra, in sublimitatione, 2. limit. & dec. Pe-
 demont. 25. n. 9. etiam recepta omnium opinio, quod
 ab humilimos sententia appellari non possit, secundum
 Menoch. de adipsen. possess. remed. 4. num. 82. &
 840. quod quoad effectum suspensiuum praefati aucto-
 res intelligunt, secus quoad deuolutiuum.

Hinc est, vt t in Regijs praetorijs Hispaniae vsu fo-
 rensi receptum sit, vt minime fiat reuocatio attentato-
 rum appellatione pendente a sententia lata super
 missione in possessionem bonorum in fauorem haere-
 dis, iuxta d. l. fin. C. de edit. diui Adrian. tollen. vt refe-
 runt D. Couar. & Salzed. vbi supra.

Hac t tamen recepta sententia non procedit, cum
 iusta & apparens causa appellationis ex lat, vt puta ma-
 nifesta iniustitia, tunc enim appellatio vtriusque effectus
 & suspensiuum & deuolutiuum operatur, secundum
 Bald. vtriusque; vbi supra, ad exemplificationem, quae sequitur
 Cou. vbi supra, & Menoch. dicit n. 840. & 844. qui n. seqq.
 sex declarationes ponit ad praedict. receptam senten-
 tiam: sed & alias limitationes ad praedict. regulam ge-
 neralem, quae habet; Vt a sententia lata in iudicio pos-
 sessorio non liceat appellare, congerit Ignat. vbi supra.

Supplicatio t tamen in hoc casu & remedio d. l. si
 C. de edit. diui Adrian. toll. bene admittitur, vt scribit
 Dec. in d. l. si, n. 50. quem sequuntur permulti relati a
 Menoch. de arbit. iud. q. 70. n. 21. & de adipsend. possess.
 remed. 4. n. 903. & de venien. possess. remed. art. n. 53.

Vltimo restat haec examinanda quaestio illa; An a
 sententia lata super remedio, quod Hispani del interim
 vocant, quod quidem possessorium est, locum habeat appella-
 tio? Pro cuius rei intelligentia aduertendum est.

Quod t apud nos vsus forensis obtinuit, vt pendente
 lite & exposito principali libello, iudicijque oblatio,
 petatur ab eodem iudice, quod dum ipsa causa & con-
 trouersia diffinitur & interim pendet, actor vel reus de-
 fendatur minimeq; turbetur in possessione, quam tem-
 pore motae litis obtinebat, atque ita frequenter pro-
 nuntiat, praeterim apud suprema Castellanae Reipub-
 licae tribunalia: cuius interditi & eius meminere Paul.
 de Castro conf. 1. incip. in causa, qua vertitur, & c. lib. 2. Ca-
 pricius dec. Neapol. 13. 55. & 189. & 209. & apud Gallos
 Masuerius in sua praet. tit. de possessorio, & hoc t iudicij
 104 genus praeparatorium iudicij possessori principalis at-
 que plenarij recte appellat Berouis conf. 1. n. 1. lib. 1. cu-
 ius sententiam probat text. in l. liberis, s. vlt. ff. de liberal.
 caus.

caus. Alij t iudicium summariissimum possessorium nomi-
 nant: ita Neuzian. conf. 8. n. 7. Alciat. resp. 386. n. 1.
 Cagnol. in part. n. 6. ff. de reg. iur. Galli recedentiam, vel
 t casum nouitatis vocant, ita Masue. vbi supra, Guid.
 Papae qu. 552. in materia. Tiraq. late in tract. Le mort, sossi
 le vit. part. 6. declar. 9. ad fin. Rebuff. in comment. ad
 Regio conf. Gallia, tomo 3. tit. de materia possess. artio. 1.
 glof. 1. n. 4. idem in concordat. Regni. Francia, tit. de annat.
 106 vers. quinta tamen. Hispani appellant t hoc iudicium del
 interim, de quo latissime plura disserit D. Cou. in praet.
 q. c. 17. per totum, & Ant. Gom. in l. 45. Tau. n. 126. & late
 Menoch. de retinen. poss. remed. vlt. per totum, breuiter D.
 Sarm. lib. 2. selet. inter pret. cap. 13. n. 9. & seq. Burg. de Paz
 conf. 39. per totum, * & nouissime plures differentias con-
 stituitur inter hoc iudicium possessorium, quod praepa-
 ratorium & summarium appellat, & inter iudicium
 possessorium plenarium, Franc. Bec. conf. 2. n. 10. lib. 1.
 & Ioseph. Ludou. dec. Peris. 20. n. 1. cum seq. vbi n. 7. & 8.
 quod sententia lata in hoc iudicio summario possesso-
 rio, est interlocutoria, non vero diffinitua, secundum
 * comunem opin. * Et in forma huius interditi Hispani
 his vtuntur verbis in decreto tuitionis in possessione,
 n. 8. Entre tanto que este pleyo se vney determina dispo-
 niamote, sin perjuizo del derecho de las partes en possessio,
 y en propiedad, & c. secundum Cou. vbi supra, n. 2. & D.
 Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap. 13. n. 70. & n. 81. agit,
 an idem locum habeat in calu. l. 45. Tau. quibus etiam
 verbis vtuntur Neapolitanj, vt refert Capicij d. decis.
 108 55. cal. 24. & 189. n. 1. Modo t quæro: An a prima
 sententia lata in hoc remedio atque interdicio, locum habeat ap-
 pellatione? Et de iure ciuili, cum sit hoc remedium sum-
 mariissimum, in dubium est, ipsam locum non habere,
 vt in l. vnica, C. si de moment. post fuer. appell. cum simil. su-
 pra adductis, & in terminis ita tenet Neuzianus d. conf.
 81. n. 4. post Puteum in tract. Syndicat. in vers. negligentia:
 quibus accedit Brunus conf. 98. n. 9. Boer. in consuet. Bi-
 turicenf. s. 4. de iurif. omnium iudic. Rebuff. vbi supra, in
 comment. ad Regios conf. Gallia. n. 23. Alciat. resp. 386. n. 2.
 vers. 3. videtur, & copiose Petr. Benintend. conel. 79. primo
 dubio, qui eam pluribus probat: & supradictos sequitur
 Menoch. vbi supra, dicit remed. vlt. de reintend. possess. n. 48.
 vbi n. 50. cum Petr. de Benintend. dicit. conel. 79. in secun-
 do dubio, eam extendit non solum quoad effectum sus-
 pensive, sed etiam quoad deuolutiuum, nisi cum iud-
 dex sequestrum emisit contra possessorem, vt respon-
 dit Angel. conf. 107. Incabellissimo t nec iure Canonico
 109 hoc casu locum habere videtur appellatio, * cum effe-
 ctum suspensiuum, * cum lata sit sententia in iudicio
 extraordinario, vt probat Benintend. dicit. conel. 79. n. 6.
 in fin. quem sequitur Menoch. vbi supra, n. 49. & dictum est
 supra n. 96. * & bene probat Ioseph. Lud. vbi supra, n. 9. & 10.

110 Hac t tamen sententia de iure nostro Regio procedere
 non videtur, quo dicit sententiae conformes de-
 bent esse in iudicio possessorio, ad hoc, vt appellatio ab
 eo non admittatur, vt supra deduximus, praeterquam si
 euidenter & absque contouersia constaret de possessione
 eius, in cuius fauorem fuerit lata praedict. prima sen-
 tentia, tunc enim non est admittenda appellatio quoad
 effectum suspensiuum, propter notoriam iustitiam appella-
 ti & malitiam praesumptam appellantis. Limitari
 hoc etiam debet, cum periculum esse in mora, & sic
 causa celeritatem desideraret, ne partes t ad arma &
 contentionem priuatam accedant, quo casu iudicis officio
 incumbit, ita rem componere inter litigantes, vt
 ad rixas & arma non deueniant, arg. l. acquissimum, ff. de
 usufruct. s. quod Iurisc. consulti responso huius praxis origo
 exiisse videtur, secundum Cou. vbi supra, n. 1. Menoch.
 111 11. cuius text. ratione multa tradiderunt Curt. Sen. conf.
 60. Patif. conf. 168. lib. 4. Gratus conf. 10. n. 9. Cum ergo
 res celeritatem desideret, consequitur, non esse reci-

piendam appellationem, iuxta l. quisquis, Cod. quorum
 appell. non recip. cum similib. & in terminis probat Menoch.
 noch. d. n. 49. cuius in hac specie sententia vera videtur
 etiam attento iure nostro Regio, praemaximè, si cui-
 dentur constaret de possessione eius fauore lata fuerit
 sententia del interim.

Sed t An a sententia lata in hoc summariissimo interditi
 112 to in supremis tribunalibus locum habeat supplicatio? Et
 in hoc Menoch. vbi supra, n. 53. refert obseruari, quod
 supplicatio non concedatur, ex Cou. vbi supra, n. 8. quem
 ipse sequitur. Verum meo iudicio Menoch. non recte
 perpendit verba nec sensum Cou. vbi supra, non recte
 contrarium sensisse ac tenuisse videtur eius, quod Menoch.
 existimauit: inquit namque Cou. Octauo ad huius
 rei faciliorem diffinitionem & vt quiete ad tranquille
 litigantes ius suam prosequantur, praxis obtinuit in
 hoc Regio ac supremo tribunali, quod si ab interlo-
 quatione in huius interditi causa pronuntiata fuerit
 supplicatum, nulla detur in hoc supplicationis iudicio
 ad probandum dilatio, satis enim est ad summariam
 cognitionem datam fuisse dilacionem ad probandum,
 alioqui esset huius causa examen omnino plenarium
 & ordinariae cognitioni simile: non igitur his verbis
 tenet Couar. supplicationem non concedi, sed potius
 contrarium, quamuis affirmet, non concedi dilatio-
 nem ad probandum in eo supplicationis iudicio ex
 praxi obtenta: consequitur igitur ex his, admittendam
 esse supplicationem, quamuis ex eisdem actis abs-
 que nouis probationibus, causa in grada supplicationis
 decidenda veniat: & ita etiam ipse testis sum vidi-
 disse me idem obseruatum in praxi in eadem Regia
 Cancellaria, & nouissime post me, tacitum tamen,
 tenet Ioann. Garcia de nobilit. gl. 1. s. 1. num. 5. *

Quæ t sententia interlocutoria durat vsque quo la-
 113 ta est sententia diffinitua super possessorio ordinario,
 secundum Paul. de Castro conf. 3. col. 2. vers. 2. quia, lib. 2.
 idem scribunt Neuzian. conf. 30. n. 7. & Petr. Benintend.
 d. conel. 79. n. 4. quos refert & sequitur Menoch. vbi supra,
 n. 58. quia iudicium hoc est solum quoddam praeparato-
 rium iudicij ordinarij, vt praediximus. Sed an si a sen-
 tentia lata super possessorio ordinario contra eum, pro
 quo fuit in hoc iudicio summario pronuntiatum, fuerit
 appellatum vel supplicatum, vel in integrum restituti-
 o petita, proderit eidem illa interlocutoria sententia
 del interim, appellatione vel supplicatione, vel in in-
 tegrum restitutione pendente? Et in hoc nihil ei profu-
 turum, sed exsequenda esse statim sententia latam in plenario
 possessorio, respondet ex facto consultus Menoch.
 vbi supra, n. 59. & 60. cuius in hoc Regio in his Re-
 gnis non procedit, cum in eis iure Regia a prima senten-
 tia lata in causa possessoria, etiam si momentanea, ha-
 beat locum appellatio & supplicatio, vt supra probaui-
 mus: appellando igitur vel supplicando a prima illa
 sententia in possessorio plenario lata, executio ipsius
 suspenditur, quousque causa iterum decidatur duæque
 sententiae conformes in possessorio plenario latae fuerint:
 Interim ergo durare debet virtus ac effectus d. sen-
 tentiae del interim: Quandoquidem per appellationem
 vel supplicationem causa reducit ad eum statum, in
 quo erat ante ipsam sententiam, ea namque per appella-
 tionem suspenditur, vt in l. 8. infra. ff. ad Turpil. iuncta
 communi resolutione Doct. alioqui in secunda instantia
 possessori plenarij esset opus, iterum interloqui super
 eadem re: quod est superuacaneum, cum iam sit super eo
 pronuntiatum nullaque causa noua superuenierit, data
 suspensione primae sententiae in iudicio plenario posses-
 sorio, Iob quam suspensio quoque debeat interloquutio
 praed. del interim, adhuc enim hoc casu recte dicitur esse
 interim, quousque sententia principalis in secunda in-
 stantia constimetur, & ita existimo tenendum.